beat phantasmata cum actu fuerunt illuminata in esse illu
minato cōseruare qñcūq3 in intellectu reposita fuerūt: sed
intellectus possibilis positus in statu vbi eius operatio nō
dependet a sensu. si tunc inuenit suum obiectū per intelle
ctum agentem sibi eque bene preparatū & ꝓportionatum
sicut cuz dependebant a sensu poterit in illud obiectū sine
omni conuersione ad sensum aliter talis ꝓportio & prepa
ratio & cōseruatio per intellectū agentem & cōtinuata esset
frustra. ergo intellectus in statu separationis reperiēs phā
tasmata in esse illuminato penes se reseruata poterit sine
conuersione ad phantasiaz intelligere. ℂ Item Cōmenta
tor ponit 3° de aia cōmento. 5. intellectū possibilem cogno
scere intellectū agentem & alia sepata mediāte phantasma
te & intellectu in habitu: & in. 12. metaphysice cōmento. 17.
ponit q corrupto intellectu in habitu q̃tum ad operatio
nem circa phantasmata adhuc remanebit intellectus ade
ptus quo cognoscet agentez & alia separata quere hoc. q. 1.
super snias articulo. 1. & 2°. ℂ Arguo, lz intellectus cōiun

ctus per se intelligibilia non potuit cognoscere nisi mediā
te phantasmate post separationez: tamen remanet illa scia
circa illa per se intelligibilia que permanent in sua intelli
gibilitate. ergo a simili: lz vlia nō cognoscat intellect⁹ ɔiun
ctus nisi mediante phantasmate. si tñ permaneant cōserua
ta in sua intelligibilitate poterunt intelligi sine phātasma
te. ℂ Item si vlia essent abstracta non indigeremus intel
lectu agente ſm Cōmentatorē 3° de aia cōmento. 18. q ve
ruz est neq3 ꝓpter abstractionē & recursuz ad phantasma
ta neq3 ꝓpter esse intelligibile eor̃ cōseruandum: qr per se
essent intelligibilia. ergo altero amoto q. s. intellectus sit in
statu. vbi natus est intelligere res vt sunt in proprio gñe
sed nō per phātasmata. si cuz hoc ponas q res in proprio
genere fiant sibi ꝓportionata & presentia per lumen intel
lectus agentis cōseruantis ea in esse intelligibili ac si essent
vlia per se intelligibilia opz q ista reseruatio fiat ibi ad ali
quē effectuz. sed res non seruant in esse illuminato nisi vt
intelligantur a possibili 3° de aia. sequit ꝓpositum q pos T. cō. 4
sibilis intelliget ea sine phantasmate virtute agentis. sed 17. & 18.
hoc ponit per hipothesiz. ergo. ℂ Itē Cōmētator 3° de aia
cōmento. 20. d. ridet quare nō rememoramur post mortē
cum in intellectu intellecta cōia sint neq3 generabilia. neq3
corruptibilia: qr rememoramur per virtutes passibiles sen
sitiuas. ergo da oppositū q aia intellecta cōia habeat reser
uata illuminato in statu aliquo in quo nō dependeat a sen
su sequit q memorabit ea: sed hoc nec ponit. g. ℂ Item si
nō: aut hoc esset ꝓpter ordinationē nālē inter sensum & in
tellectū. hoc falsuz: qr eadem rōne aia separata nihil posset
intelligere de reb⁹ mālib⁹ per quēcūq3 nouū modū sciēdi
res māles: vel ꝓpter iperfectionē itell's. hoc falsuz: qr perfe
ctior est sepatus in itelligēdo q̃ ɔiunctus: vel pp absentiā
obiecti. h falsuz: qr habitus sciales manēt. vel pp esse me
morale in potētia. hoc falsuz: qr intellectus agens ponitur
ɔseruare ea actu in esse illuminato. ℂ Hec est op. Algazel. Op. Algazelis.
in physica sua trac. v. h. vbi ponit q intellectus agens cohe
ret. idest remanet post mortē & dicit: q tūc eius est largissi
ma infusio super aiaz: & addit q in pncipio eget anima sen
su & corpore vt ab imaginatis colligat abstracta: & acgrat
ea illis mediātibus. sicut vehe: & egtatura sūt vtiles in pn
cipio ad perducendum ad illud qd intenditur. & addit ad
propositum q postq̃ peruenit ad illud qd intendit ipsa
que fuerant auxilia perueniendi: fiunt postea impedientia
adeo q licituz reputat liberari ab eis: similiter & Hic. hec
Algazel. ℂ Ad primū Henri. quādo dicitur q habitus incli Solo rō/naz Henrici.
nant in cōsimiles actus ex quibus generabant: verum est
formalr sicut habitus metaphysicus facit cōsiderare meta
physice: & vertit circa formale obiectuz metaphysice: & sic
de aliqs: sed q inclinēt in ɔsimiles actus materialr. hoc est
in omnia illa a quibus materialr dependebant: nō est con
cedendū nisi habēs habitū limitet ad vnū & eundez statuz
& eandem dispositionem. v. g. si addiscā lectionem in libro
inuendo libruz nō opz q semꝑ qñ recordor de lectione q
respiciā librum: nisi essez ita rudis dispōnis q nihil possez
scire sine libro. sed in ꝓposito ponit q anima non limitat
precise ad illum statum & dispositionē quā habet in corpo
re acquirendo notitiam ex phantasmatibus: & rememoran
do recurrendo ad ea: imo ponitur habere statuz separatuz
& dispositionem perfectiorem cōseruando in esse illumina
to intellecta prius acquisita cum omni precisione a sensu &
phātasmate. g in isto statu poterit recolere de prius intelle
ctis sine cōuersione ad phantasmata. ℂ Quēadmodū sen
sus interiores pñt imagīare & cogitare, & memoria sensiti
ua pōt recolere de prius visis abeūtib⁹ illis & cessānte visiōe
oculor̃. rō est: qr hñt vnū ɔnāle itus i aia qd nō sp coexigit
q cognitiua ab eis sp sint visa lumie oculor̃. h ponit h. g.

¶ Ad 2ᵐ quando dicitur q̄ conuenit duobus vni per se ⁊ alteri per accidens ⁊c. Dico q̄ verum est: q̄ in isto statu ⁊ dispositione quo ɔuenit sibi per accidens: nō pōt perfecti⁹ sibi cōpetere cui competit per accidēs: sed si habeat alium statū perfectioris dispōnis q̄ fuit status quem habuit per accidens: in quo illa actio cōpetit sibi per se etiā si habeat perfectiorem dispōnē q̄ illud cui cōpetebat talis operatio per se: tunc est possibile q̄ habeat perfectiorē opationē seu minus dependentem. sic ponit in ꝓposito de aīa separata q̄tum ad illuminationē per intellectū agentē habituū hic acquisitoꝝ. Sed vlterius remanet difficultas de memoria sensibiliū ⁊ singulariū: ⁊ operū nostroꝝ ⁊ alioꝝ. Et hec est

2ª ɔclo. 2ª ɔclusio ⁊ difficilis: lꝫ enim ꝑhi forte negarent omnium singulariū memoriam: tñ vt videt theologi habēt hoc ponere ꝓpter illud Luc. 16. recordare q̄ recepisti bona in vita tua ⁊c. Et ibidē pꝫ q̄ recoluit de singularibus: q̄ dixit habeo q̄nq̄ fratres ⁊c. Item incōueniens videt q̄ hi nescirēt se iuste premiatos/⁊ dānati se iuste damnatos. qđ nō esset nisi remaneret apud eos memoria de operibus suis meritoriis ⁊ demeritoriis: q̄ sūt singularia. ergo ⁊c. ¶ Itē Aug⁹ ad paulinū/discamus in terris quoꝝ scia nobiscum

Resso. perseueret in celis: ⁊ hꝫ locū de operibus bonis ⁊ de opib⁹

Henri. virtutū. ¶ Henri. vbi supra satis subtilr ad ista nitit ridere q̄ recordari pōt accipi duplr. vno mō ꝓprie fm q̄ est actus memorie respectu alicuius preteriti. Alio modo large pro omni actu per quē intellectus reducit ad cognoscendum ea que in preterito cognouit: lꝫ alio mō cognitionis q̄ per modū recordationis. V. g. si aliquis esset oblitus totaliter sciam quādoq̄ acquisitā si iterū addisceret eā posset dicere se recordari: quia actus ille esset respectu obiecti prius sciti: ⁊ tñ nō esset vere reminisci: q̄ noua acceptatio scientie: ⁊ hoc nō est reminisci: vt pꝫ lib. de me. ⁊ re. c. de reminisci sic dicit q̄ aīa separata recordat: q̄ nouiter accipit sciam eoꝝ que aliq̄ sciuit: ⁊ sic possent vt dicit exponi oēs auctoritates. ¶ Sed saluo meliori iudicio pulchrius esset saluare in aīa separata memoriā operū nostroꝝ ⁊ quorūcūq̄ singulariū si possemus q̄ negare: ⁊ hoc nālr: hic enim agimus de nāli memoria: de qua etiā dictū fuit diuiti dānato recordare: sed hoc pōt vt videt poni. V. g. lꝫ aīa beati sepata videat oīa in verbo: tñ ne desit sibi pfectio nālis cōcedunt theologi q̄ cognoscit oīa in ꝓprio genere. ergo eodem mō quātū est possibile debemus saluare q̄ lꝫ videat omnia in verbo: nihilominus hꝫ memoriā oium vliū ⁊ singulariū que aliq̄ nouit: ⁊ hoc ī proprio genere. ¶ Hoc igit posset sic intelligi q̄ cū sit nālis cōnexio inter omnes sensus adinuicē: ⁊ oium ad intellectū. q̄ necessarium est q̄ ois cognitio sensitiua aliqđ imprimit in intellectū saltē in vli. V. g. si videā hoc pomū aut gustem illud vinū: ⁊ sic de aliis sensibus exterioribus ⁊ interioribus transit in intellectū rō vlis pomi ⁊ vini: alr enim esset perfectior cōnexio inter sensus exteriores ad sensū cōē q̄ omniū ad intellectū: q̄ fm Auic. que recipiunt a sensibus exterioribus reddunt sensui cōi: ⁊ Algaçel dicit. q̄ nō sunt nisi exploratores inquirentes que referant: sed quicqđ imprimit in intellectu q̄ntūcūq̄ superficialr vel leuiter ab eo apprehendit: lꝫ forte imperceptibilr/alr frustra imprimeret. ergo de oi re que fuit q̄nq̄ sub sensu habet intellectus aliā apprehensionē saltē in vli: lꝫ forte imperceptibilr. ¶ Hac qōne habita arguo ꝓpositū sic. de omni re ⁊c. pōt intellectus aliq̄ apprehensionē ⁊c. ⁊ vltra/super qbꝰ apprehēsiōē q̄ntūcūq̄ in vli ⁊ imperceptibilr natus est intellectus reflectere. s. intelligendo se illud intelligere/⁊ intelligendo actum suum/⁊ intelligendo singularia. vnde venerunt sibi talia singularia: saltem hoc cōpetit habitualr: sed quicqđ intellectus apprehendit: lꝫ etiam imperceptibilr: totū illud potest memoria intellectiua memorari ⁊ conseruare/saltem in esse abdito. ergo potest retinere memoriam de omnibus operibus nostris: ⁊ de omnibus singularibus saltē in abdito: sed cū in anima separata post mortem duret semper coherentia intellectus agentis cū anima: ⁊ hoc fm largissimā infusionem super ipsas: vt dicit Algaçel vbi supra: poterit igit intellect⁹ agens oia ⁊ vlia ⁊ singularia que sunt in abdito memorie ꝓpter summissimā largitatem sui luminis infusi in aciem vel facieꝫ vel manifestū memorie patentissime adducere saltem indirecte: de quo non curo nunc: etiam vt vī pro tunc sint omnia directe memorabilia ⁊ intelligibilia: quia tunc agens est perfecte adeptus sibi totū possibilem. ¶ De hoc p̄mo libro. 1. dis. 3. q. de obiecto intellectus. q. 2. q̄ oia singularia poterūt patēter fieri memorabilia intellectui: simile est qđ supra ꝓbat/q̄ intellectus habet preteritū obiectum directū postq̄ est in memoria positū ⁊ adeptū. 2ª arti

¶ Sequit de scđo articulo. vbi dico q̄ nec memoria intellectiua isto modo posita est pars imaginis: q̄ vt pꝫ ex p̄mo articulo/memoria intellectiua que saluat perpetua in anima est habitus recordatiuus respectu preteriti vt preteriti. Sed talis nō potest esse p̄ma pars imaginis: vt ꝓbabitur: tamen aliter est pꝫ. vbi sciēdū q̄ memoria ex suo signo importat quādā notitiā habitualem: sed hoc pōt intelligi duplr. ¶ Uno mō formalr: ⁊ sic est habitus recordatiuus generatus ex actibus intelligendi qui nō est respectu intelligibilis simplr. sed respectu intelligibilis vt p̄us cogniti illud potest haberi ex libro de memoria ⁊ remini. vbi ꝑhs vult q̄ memorari nō est respectu coloris simplr. sꝫ vt p̄us visi. ¶ Alio mō ista notitia habitualis pōt accipi virtualiter. videlꝫ vt aliquid dicatur memoria inquātū primordialiter ⁊ virtualr ⁊ causalr precontinet in se totam notitiā possibilem haberi de aliqua re: sic q̄ ipse intellectus possit exire in actū cū voluerit: ⁊ sic fm aliquos intellectus agēs dicit memoria: fm aliquos obiectū illuminatū ab intellectu agente: fm aliquos obiectum cum intellectu possibili: sed isto modo scđo solū accipitur memoria: vt est pars imaginis: qđ sic ꝓbo. memoria fꝫ q̄ est pars imaginis fm oēs est p̄ma pars imaginis: sed memoria solum vt virtualiter accepta est p̄ma pars. ꝓbatur: quia memoria vt formaliter accepta. s. ꝓ habitu recordatiuo genito ex frequētatis actibus intelligentia est posterior. vel saltem non precedit eam quia effectus non precedit suam cām: intelligentia aūt fm omnes est scđa pars imaginis. ergo memoria formalr non potest esse p̄ma pars imaginis: erit igitur vt memoria virtualiter: quia sic potest esse p̄ma pars imaginis. ¶ Itē partes imaginis in nobis dicunt accipi fm illum modū quo magis dicunt perfectionem si sit possibile: sed memoria sic virtualiter accepta magis dicit perfectionem q̄ vt formaliter accepta: quia continentia virtualis est nobilior ⁊ perfectior q̄ formalis cum se habeat vt causa respectu eius. q̄ memoria accipitur virtualiter non formaliter: vt est pars imaginis. ¶ Ex superabundanti dubitatur de p̄ma parte imaginis que est memoria an videlicet anima: vt precise est intellectiua ⁊ elicitiua actus sit memoria: aut vt ipsa aīa est obiectum istius notitie elicite de ipsa. vbi intelligendū est q̄ cōmuniter omnes opiniones ponunt obiectum pertinere ad memoriam: passiui enim dicunt q̄ obiectum presens intellectui habet rationem memorie parentis ⁊ producentis verbum: actiui quidā dicunt q̄ obiectum simul cum intellectu se habet in ratione memorie ⁊c. ⁊ conueniūt iste opiniones in hoc q̄ obiectum pertinet ad memoriam. Non ob. istius re- croie q̄ obꝫ pont ad memoriam.

¶ Mihi tñ videt q̄ obiectū pertinet ad memoriam. sed aliter: imaginatur enim Aug⁹ per totū: vt pꝫ p̄mo lib. dis. 27. artic. 2ᵒ in fine. ⁊ 3ᵒ q̄ verbum est aliquid productum a memoria in esse simillimo obto: ita q̄ vbū sit silitudo obiecti

de quo loquimur. ¶ Per hoc ergo dico q duo sūt de rō-
ne memorie: vnū q sit effectiua seu pductiua verbi: aliud
q penes se habeat aliqd obiectū cuius verbū est expressa
similitudo qn alteri loquimur de eo q memorabilr tene-
mus: scdm hoc dico q obiectū z intellectus faciūt memoriā
per hunc modū q intellect⁹ est cā totalis pductionis ver
bi: vt p3 lib. 2° disti. 23. obiectū autē id est scdm qd attendit
similitudo inter memoriā z productū. Qō. V.

VTrum imago attendit penes potentias aie vel penes essentiā: q penes potētias pbaṫ qz in potētijs est ordo z origo: qz voluntas orit mediante intellectu: contra com. de trini. c. 2. vsqz in finē assignat imaginē in mente. i. aia que noscit / noscit / z amat. hic duo sūt vidēda. Primum quid h questio excludit. scdo quid includit. ¶ Quantū ad pmū dico q oēs volunt saluare inter partes imaginis cō substalitatē z originē z distictionē relatiuā. sed h nō potest inueniri in actibus: aut habitibus que sunt in aia: qz nec actus aie / nec habitus sunt substātiales aie: s3 vnus orit mediāte alio z distinguit ab alio. ¶ Jō ista qō de forā sua excludit inqsitionē istā an penes habit⁹ aut actus accipiat imago. ¶ Quantū ad 2m dico / q ab oībus cōcedit q aia vt seipsam intelligit z a seipsa intelligit / z a seipsa amat: q eadē ipsa est substātialr. sed est distincta in esse relato z originato. Dicit enī intelligens z intellecta amans z amata seu pducta in esse intellecto z amato. z sic pōt remanere substātialitas cum multiplicatione relatiua: sed ista nō pcedunt ab oībus de potentijs aie z ideo h querit an imago accendat penes potentias aie aut penes essentiā. ¶ Hic duo sunt vidēda. pmo dato q nō accipiatur penes potētias zc. queritur an accipiant scdm ipsam essentiā aie que se noscit a se noscit z amat. 2° dato q sic / declarabo p quē modū aia noscens nota z amata retinet cōsubalitatē cū sola multitudine originis relatiua. ¶ Seqt de pmo articulo. vbi videt aliqbus q supposito q potētie sint essentia aie solo respectu differens q in illis accipiēda est imago qz h posito saluat substātialitas z distincta relatiua: vt p se p3 z origo: qz intellectus potētialis exit in actū mediāte illuminatione suscepta ab agēte z voluntas exit in actū pria illuminatione z cognitione z sic habetur origo vnius ab vno / z vnius ad duos. ¶ Contra / posito q intellectus agens sit essentia aie sub respectu agētis z illustrātis: z intellectus possibilis z sit essentia aie sub respectu potia z illustrationē suscipiētis tū terminus pductus per intellectū agentē nō est ipsa essentia aie vt pducta in esse intellecto. qz intellectus agēs nō ponit intelligēs. sed illuminans seu mouens intellectū possibilē ad actuz. quero / tunc aut causat aliquid in intellu possibili puta lumē aut motū cum moueat ad actū aut nihil causat in eo. Sed solū assistit scdm q dicit Com. 2. de aia. q lux non imprimit colori
Com. 67 formā aut habitū per quā sit visibilis s3 solū sit cū eo pñs. si det primū: nō saluat substātialitas si det scdm: nō saluat origo z productio z sic nec imago trinitatis. ¶ Jtē q supponit agentē illuminare possibilez est falsum: qz dicit
T. c. 17. Phus. 3. de aie: q op3 in anima esse intellectū quo est oia
Com. 18 facere. z in quo est oia fieri ly in quo oia fieri exponit Cōmētator dupl'r. s. in quo est oia fieri mō similitudinis: z in quo oia fieri mō receptionis vt sic sit in habitu z possit cōsiderare cū voluerit. ly quo oia facere exponit q intellect⁹ agens facit intelligibilia in potentia intelligibilia in actu. ¶ Tunc arguo q intellectus possibilis est in quo oia fieri mō similitudinis z receptionis h arguit bene q in intellectu possibili recipiunt species obiectoz illuminatoz ab agente nō arguit q op3 in intellectu possibili recipi aliqd lumē ab agente mediāte quo disponat ad recipiēdū illas:

imo eo quo est tabula rasa nudata ab oī 9traria dispositione per seipsam est disposita ad recipiendū oia. sed eo quo agens est habitus vt lumē faciens intelligētia in potētia intelligētia in actu hñ sequit q illuminat obm. q solū habet q obm in esse illuminato orit ab intellu agente nō q
Com. 18
pole. ¶ Et hoc dicit expresse ibi Com. dicens q si vlia essent abstracta sicut posuit Plato nō indigeremus intellu agente q nō esset verū si regreret ex parte intelle z non solū ex parte obiecti q sit vle. ¶ Ad h qre. 2. q. sup senté. 1 pn° p' arti. vsqz in finē 2i: 2. q. de imagine. arti° 8° ibi pz q videbat mihi zc. ¶ Sequit de 2° arti°. ¶ Prima 9clo q imago accipit in essentia aie vt sui intellectiua: z a se intellecta z a se amata. ¶ Scda 9clo: q h est determinatio Augustini. ¶ Tertia 9clo est pp̄ter diuersitatē verborū Augustini declarare qualr sit vbiqz 9cordād⁹. ¶ Quarta 9clo est soluere dubitationē ad ppositū. ¶ Sequit de p° 9clone vbi probat ppositū: qz isto mō 9gruenter assignatur imago quo saluant partes pertinētes ad imaginē scdm oēm opinionē. sic erit posita dicto mō ponendi: g. ¶ Probatio minoris: qz vt est sui intellectiua habere pōt rōnem parētis scdm actiuos vt āt est intellecta sic quodā mō pducit. s. in ipso esse intellecto. z sic habet rōnem plis z verbi. vt aūt a se amata sic producit in quodā esse cōplacito z sic habet rōnem amoris z in ista trinitate retinet identitatē essentie cū distinctione relatiua. ergo isto mō assignat imago 9uenienter. ¶ Jtē istud argumētū facio scdm passiuos: qz mens vt solū obm habebat rōnē parentis mens vt ab obto q est ipsamet producit in esse intellecto habet rōnē prolis vt a seipso obiecto pducit in esse amato h3 rōnem spiritussancti: z ita hñ propositū. ¶ Jtem illo mō 9gruēter assignat imago quo assignat s3 9formitatē z correspōdētiā ad illud cuius est imago: sed qn loquimur de trinitate diuina cuius imago: hic querit nō cōputamus potētiā generatiuā: nec actū generandi aut spirandi vt differunt a pmis re vel rōne intra numerū trinitatis: s3 concomitentur trinitatē: imo solū infra numerū trinitatis cōputamus res substractas potētijs z actibus. s. patrē z filiū: ergo in imaginatione infra numerū partiū imaginis nō debemus cōputare potētias z actus que differunt ab aia. s3 cōcomitent: imo solū ad imaginē pertinent nā substracta. s. mens q noscit z que pducit in esse noto z amato. ¶ Jtē iste modus sic est conueniēs magis quo saluant plenius z expressius precipue cōditiones imaginis. s. partiū plubalitas z distinctio relatiua per modū suppositoz z ordo originis: s3 talis est iste modus. pbatio q iste modus saluat 9subalitatē: qz mens vt intelligit z vt intellecta z nominata est eadē suba eadē essentia / eadem vita: z ēt vt sic in ipsa est ordo originis vnius ab vno / z vnius a duob⁹: ēt sic relatiue partes imaginis habēt se vt supposita: qz essentia vt intellecta z nominata nō se h3 per modum inherētis sicut potētie z act⁹ z habitus. sed vt assistens z subsistēs. assistens aūt habet rationē suppositi. Sed ille maxime sūt 9ditiones imaginis ergo zc. ¶ Sequit de 2a 9clone vbi videt. q h sit intētio Augustini. Primo eniz de trinitate incipit tradere 9clonē trinitatis 2. c. 3. declarat eam sic / cū mens amat se. duo sunt amans z amatū: pbat q sūt duo relatiue enī amās z amatū dr: sed mens hic nō dicit duas essentias. sed vnā qz nec mens sicut nec spūs dicit relatiue: nō enim dī respectu ad corpus sicut amās respectu amati dicit: qz retracto corpe adhuc manet mens aut spūs. S3 retracto amāte non manet amatū: ergo cum mens amat se cū vnitate essentie stat dualitas relatiua. z vt deducit. 3. cap. h. non amat se. nisi se noscat. ergo cū vnitate essentie stat trinitas relatiua. s. cum vnitate ipsius mentis stat trinitas noscentis noti z amati. Sed totus iste processus nihil 9tinet vt plane p3: nisi q ima:

Marginal notes (right margin): Nō mentit doctor cez q̄ scribit Cōmētator in 3° de aia cō. 5. i solumōe tertie qōnis vbi cōparat intellectū agentem luci z pbāsma ta coloribus z intells mālez visui z vbi expsse dicit intellēs mālē illuminari p intellectū agentez sicut diaphanū a luce.

2° artic°

go accipere penes ipsam essentiã aie vt multiplicaĩ ſm eẽ
intellectũ ⁊ amatũ: ⁊ nõ penes ipsas potẽtias aie: aut actus
aut habitus. ergo pꝫ propositũ. ¶ Itẽ hoc probaĩ ex arᵒ Augu-
stini. Augustinᵘˢ enĩ ꝓbat. c. 4. ꝙ mens / notitia / ⁊ amor sũt
vna substãtia: sic vnũ accidens excedit suũ subiectũ / sic vi-
deꝫ ꝙ nõ solum agit in alia. sed ↄuertit se supra se agendo
in seipsum: hoc pꝫ de calore in igne qui nõ agit in ignẽ: sed
in aliud. sed mens nõ solũ noscit alia sed se / ⁊ nõ solũ amat
alia sed seipsam. Ergo mens noscens ⁊ amans: sunt subã
planũ est ꝙ mens noscẽs seipsam ⁊ amans ꝙ ipsa nota ⁊
amata nõ sunt diuerse subẽ: ergo mens noscens ⁊ amans sunt
vna subã. ¶ Tunc arguo hoc ↄclo est falsa. si accipianĩ pro
actibus / mens enĩ ⁊ isti duo actus nõ sunt vna subã: qꝛ isti
actus sunt accidentia mẽtis noscẽtis se ⁊ amãtis se. Si vᵒ
accipianĩ ꝓ potẽtijs maior ẽ rõnabilr calũniabilis: si enĩ
sensus maioris sit / vnũ accidens in virtute quacũqꝫ exce-
dit suũ subm ↄuertendo se super ipsam. ¶ Dicã ꝙ falsum
est: accidẽs enĩ ꝓpriũ nãe incorporee põt ↄuertere se su-
pra se. si vᵒ accipianĩ pro ipsa subã aie intellectiue tũc cõ-
clusio ⁊ oẽs ꝓpositiones erũt vere ⁊ sine calũnia. Sic arᵘˢ
nullũ accidẽs neqꝫ corporeũ / neqꝫ incorporeũ / suum exce-
dit subm agendo in seipsum: ⁊ hoc ꝓpria veritate formaĩ. sꝫ
mens. i. aia intellectiua excedit subm suũ agẽdo in seipsum
inquãtum est nota a se ⁊ amata a se: ⁊ hoc propria virtute: er-
go mens notitia ⁊ amor / accipiẽdo ista tria pro aia intelle-
ctiua nota ⁊ amata sunt subã. pꝫ ergo ꝙ in isto intellectu as-
signaĩ imago in nobis. s. penes essentiã aie noscẽtis note ⁊
amate. ¶ Itẽ ꝓprietates imaginis nõ attribuunĩ rei ni-
si penes quã accipitur imago: sed ꝓprietates imaginis non
attribuunĩ potentijs aie: sed menti note ⁊ amate a se: ergo
imago nõ accipitur penes potẽtias. sꝫ penes essentiã ani-
me ⁊c̃. Minor pꝫ. 4. c. h. ponit ꝙ partes imaginis sũt eq̃-
les ꝙ sunt inseparabiles. Et ꝙ sunt incõponibiles ⁊ incõ-
fusibiles: ⁊ capᵒ. 5. ⁊. 6. ꝙ quelibet pꝫ est in alia. ⁊ ecõuerso.
⁊ oẽs istas ꝓprietates ꝓbat de imagine ſm ꝙ mens ẽ no-
ta a se ⁊ amata a se: vt pꝫ diffuse ibidẽ. ergo ⁊c̃. ¶ Sequiĩ
de tertia ↄclõne / vbi diligẽter notandũ: ꝙ quãuis sit ima-
go aia vt subest istis actibus elicitis circa se tñ simplr. ꝑma
est imago in aia vt est intellectiua intelligibilis ⁊ amabilis
a se. hoc probaĩ per arguᵐ suum. 9. de trini. cap. aliaqꝫ probat
ꝙ aia est imago vt est dei capax ⁊ nõ solum vt actu capit
deũ. Sic illic querenda est imago quo nã nr̃a nihil habet
melius. sed hoc est vt est dei capax nõ vt actu capit: ergo mi-
nor pꝫ per probationẽ Augustini: qꝛ capacitas nõ pt abo-
leri. Sꝫ actus possunt. ¶ Arᵒ a simili illic querẽda ẽ ima-
go quo nihil habet melius. sed capacitas que inest ipsi aie
intellectiue respectu sui ipsius: ⁊ hoc per essentiã suam ⁊ sub-
stãtiã nõ solum melior est illa que sibi inest respectu sui ꝑ
potẽtias suas: qꝛ hoc per essentiã ista per participationẽ. sed
est melior illa que est per actus elicitos qꝛ illa aboleri põt:
et si sint actus abditi. Dñt enĩ ab essentia ⁊ sic aboleri po-
terunt. si vᵒ non differũt nõ sunt actus. ¶ In angelis enĩ
ↄcedimus: ꝙ essentia angeli est suus actus intelligẽdi. ergo
si ↄcedaĩ ꝙ imago est in aia vt intelligit se. ergo penes ca-
pacitatẽ que ẽ in ipsa substãtia aie respectu ipsiusmet qua
ipsa aia est intellectiua ⁊ intelligibilis ⁊ amabilis a se. acci-
pitur magis imago quã penes potẽtias aie vel actᵘ. ¶ Dico
ergo ꝙ si imago accipiẽ. fundamentalr sic opꝫ ꝙ cõsistat
in essentia aie vt intellectiua intelligibilis ⁊ amabilis: si vᵒ
accipiaĩ formalr sic ſm eos qui cõcederent ꝙ relatio intel-
lectiua ⁊ intelligibilis ⁊ amabilis. Sũt relationes actualr
fundate ⁊ reales ꝙ multi ↄcederent. lꝫ enĩ intellectiuũ ⁊ in-
telligibile dicunt potẽtiam ⁊ aptitudinem respectu actus
eliciẽdi tamẽ sunt actuales seu actus fundate quo ad actũ
ꝑmũ qui est esse: actu enĩ ẽ intellectiua ⁊ actu intelligibilis

aia ipsa ſm istos opꝫ concedere ꝙ imago formalr ↄsistet
in essentia aie: vt intellectiua / ꝙ relatio intellectiui ⁊ q̃ fun
danĩ in potentia elicitiua sit realis. quere distin. 5. q. 2. arti.
1. ⁊ dist. 26. arti. 2. ¶ Si vᵒ accipiaĩ imago expresse for-
ma: sic opꝫ ꝙ consistat in essentia aie vt ẽ noscens nota ⁊
amata: respectus enĩ originis vt exigunt operationẽ per
modũ actus secũ sic magis exprimũt distinctionẽ supposi-
torꝫ: actus enim magis notificant quã potẽtie. potẽtie enim
per actus cognoscunĩ. 2. de aia. si vᵒ accipiĩ imago expres- T. c. 33.
siue formalr sic consistit in essentia aie vt se nouit a se ma- T. c. 20.
net nota ⁊ amata: respectus enĩ qui actu manent termina-
tiua actione sunt ꝓprie patris ⁊ filij. 5. metha. pater qꝛ egit
filius aliquid passus est. sed sub his nominibus sit expres-
siua nominatio de personis diuinis in scriptura. ¶ Qd hoc
sit perfecta ⁊ expressiua. Ad hoc Augu. 9. de trini. ca. 11. lo-
quens qualr verbum est imago dicit hoc: habet perfectaꝫ ⁊
equalẽ que mens ipsa que nouit est nota. notitiam perfe-
ctiuã. i. vltimate actualẽ quãdo nouit: ⁊ est nota. ¶ Pro-
pter diuersas imagines quas Augustinus in sequẽtibus li-
bris ponit. est diligẽter intelligẽdum ꝙ in potentijs ⁊ acti-
bus sunt aliquales imagines. sed ista posita lib. 9. de trinita
te. penes essentiã intellectã vel intellectualeꝫ a se est ꝑnci-
palis ⁊ ꝑncipalr imago. ¶ Pˀio / qꝛ hic supra in. 9. lib. tra-
ctaĩ de imagine quo ad essentialia eius: qꝛ quo ad relatiuã
trinitatẽ: ⁊ quo ad substãtialeꝫ vnitatẽ: vt pꝫ. 23. ⁊. 4. ca. In
alijs libris frequenter: imo quasi semꝑ assignaĩ imago tri-
nitatis nõ in vna: sed in diuersis. vt. 14. lib. cap. 8. vbi assi-
gnat eaꝫ in intellectu nostro vt est dei capax. deus aũt qui
capiĩ ab intellectu nostro: ⁊ nr̃ intellꝰ sunt due res. vel si
in vna re hoc nõ est in vna simplr: sꝫ vna subiecto solũ sicut
in. 11. lib. de visu ⁊ visione ⁊c̃. ⁊. 14. lib. ¶ Scdo / qꝛ ibi tra-
ctat de imagine nõ solũ in se: sed quo ad ꝓprietates suas: vt
pꝫ scdo / tertio / ⁊ quarto. ca. huius. 9. in alijs libris non: vel
saltẽ quo ad paucas. sed vbi res tractaĩ ⁊ in se ⁊ quo ad su-
as proprietates ibi tractaĩ principalr: ergo ⁊c̃. ¶ Tertio /
qꝛ hic tractaĩ de origine taliuꝫ que repreſentãt supposita
⁊ originẽ. essentia enĩ vt intellecta ⁊ amata diuersimode est
originata ⁊ per modũ suppositi: qꝛ vt sic habet rationẽ assi-
stentis vel subsistẽtis ⁊ nõ inherentis. Sed ista non inue-
nienĩ in alijs libris vbi assignaĩ imago: ergo est pncipalr
assignata. ¶ Sequiĩ de quarta ↄclõne vbi dubitaĩ ꝑ de
partibᵘ imaginis vt ↄsistunt quoqũo in actibus ⁊ in potẽ-
tijs cũ ista q̃ est in actibus seu sub respectibᵘ actuũ sic ex-
pressior an q̃ est in potẽtijs sit ĩ rei veritate melior. ¶ Et
videĩ Augustinus supra dicere ꝙ sic. 14. de trinitate. ca. 8.
¶ Responᵒ / ꝙ capacitas de q̃ loquiĩ ibi Augu. ¶ Nõ ẽ
capacitas potẽtiarũ. sed ipsius aie. ⁊ sic restringiĩ dubium
ad essentiã aie vt est in potẽtia ad actus ⁊ vt ↄcernit actᵘ
⁊ tunc distinguo: qꝛ aut capacitas accipiẽ fundamentalr. s.
pro ꝑncipali fundamẽto. s. anima fundãs respectus potẽ-
tiales ⁊ actuales: ⁊ sic aia vt capax est melior: qꝛ fundamẽ-
taꝫ melius est relationibᵘ fundatis / aut formalr: ⁊ tunc di-
stinguo ꝙ aia capax ⁊ capiẽs dici põt melior aut extensi-
ue: ⁊ sic verum est ꝙ capacitas est melior qꝛ durabilior ⁊
perpetua sꝫ Augustinuꝫ aut intẽsiue: ⁊ sic aia vt sub respe-
ctibus actualibus est melior: qꝛ sub illis intẽsius ⁊ expres-
sius: ⁊ finalr vltimate repreſentat trinitatẽ in diuinis vt su-
pra habetur. ¶ Scdo dubitaĩ / qꝛ anima noscens ⁊ nota in-
cludit actus differẽtes ab essentia aie: ⁊ sic non saluaĩ con-
substãtialitas quã intendis. ¶ Respõdeo ꝑ noscentẽ no-
tam ⁊c̃. Nõ intelligo substãtiã actᵘ aut res de genere actio-
nis vel passionis pertinere ad imaginẽ: sed solũ respectus
intrinsecos originis qui sũt de genere relationis. ¶ Est er-
go intelligẽdum / ꝙ aliter est imaginãdũ de verbo ꝙ for-
mamus in cognitione nostra de quacũqꝫ re indifferẽter ⁊
aliter

aliter de verbo: q Augustin⁹ ponit partẽ imaginis. ¶ Pri-mo ergo ostẽdo in quo cõueniunt. ¶ Scdo in quo diffe-runt. ¶ Tertio ex his in quibus differũt: concludo qualr saluabit̃ ꝯsubstãtialitas ꝛ distinctio relatiua in anima no-scente nota/amata. ¶ Quãtuꝫ ad primũ ꝯueniunt: quãdo enim formo verbũ de lapide ibi sunt q̃tuoꝛ. s. actus intelli-gendi formatiuus. ¶ Scdm q in isto actu ꝯtinet̃ obiectũ in quodã esse intellecto. ¶ Tertio in actu intelligẽdi con-tinente obiectum in esse cognito fundat̃ res similitudinis. tunc eniꝫ apparet ista similitudo fuit imago istius obiecti: de quo loquor mihi. ¶ Quartũ est ibi lapis ẽ que est res intellecta extra qui est obiectuꝫ terminãs intellectionem. ¶ Et ista quatuoꝛ sic se habẽt q h̃ tria. s. actus intelligen-di vt continẽs obiectũ in esse intelligendo: ꝛ vt productus tamq̃ imago ꝛ similitudo obiecti sic pertinẽt ad verbuꝫ q substãtia actus est materiale vel fundamentũ in verbo ꝓ-ductũ ꝛ similitũ/ sũt quedã relationes rep̃sentatiue in q̃-bus consistit formalis ratio verbi esse cognitũ est modus fundãdi. ¶ Hec probant̃ disti. 27. articulo 2°. 7. q. 2. dicioꝛ obiectũ aut extra terminãs se habet ꝛ in rõne mo^{ris} ꝛ ter-minãtis. ¶ Qualiter cũ istis stat q verbũ est ens ꝛ vnuꝫ ꝛ per se. ꝓbat̃ distin. 27. articulo. 2. dic. 34. ꝛ. 5. ¶ Ad ver-bum autẽ vt est pars imaginis requirunt̃ ista quatuoꝛ ali-quo modo: quãdo eniꝫ aĩa cognoscit seipsam est ibi actus intelligẽdi. ¶ Scdo in isto actu intelligẽdi producit̃ ani-ma in esse cognito. ¶ Tertio ꝯsequit̃ ibi respectus ꝓducti esse per modũ similitudinis ꝛ imaginis. ¶ Quarto ẽ ibi ipsa res q̃ est ipsamet aĩa efficiens ꝛ terminãs istã cognitionẽ. ¶ Quãtũ ad scdm dico/ q in verbo qđ est pars imaginis opꝫ esse magnã differẽtiaꝫ ad verbũ q nos formamus de lapide: supra eniꝫ actus intelligẽdi: nec esse intellectũ acci-dẽtale qđ habet lap. in anima nõ pñt ꝑtinere ad verbum q est pars imaginis. ꝛ tota rõ differẽtie est ex ista radice qđ inter verbũ imaginis ꝛ dicẽtem opꝫ saluare ꝯsubstan-tialitatẽ cuꝫ multitudine rl̃a sola. Sicut pꝫ per Augustin⁹ 9. de trini. cap̃ vltimo ꝛ. 19. lib. vltimo. ergo descendẽdo ad ꝓpositum. s. qualr differunt. ¶ Dico q opꝫ imaginari de verbo q est pars imaginis. Sic planũ est sit actus intelli-gendi quo mens se cognoscit accipere quãtuꝫ ad substan-tiã actus: ita q iste actus intelligẽdi sit verbũ: tunc non sal-uabit̃ consubalitas cũ sola multitudine relatiua: actus eni intelligẽdi quãtuꝫ ad substãtiam actus est accidẽs absolu-tũ ponens cõpositũ cũ aĩa ipsa/ ꝛ codeꝫ mõ dõm de amore spirato. ¶ Item est planũ q si actus intelligẽdi ꝛ amãdi siue dicẽdi ꝯstituerẽt ptes imagis vt in actu amãdi mens seipsam ꝓducit in esse intellecto ꝛ amato. Sic nõ saluabit̃ idẽtitas aut ꝯsubalitas: q2 lꝫ quãdo aĩa seipsaꝫ cognoscat ꝛ amat: eadẽ subã ꝛ eẽntia est aĩa que cognoscit ꝛ que cogno-scit̃ ꝛ que amat̃: nõ tñ est eadem suba ꝛ essentia vt ipsa vt accipit̃ in eẽ cognito ꝛ amato: eẽ eni q aĩe ꝯuenit cũ redu-plicatione. s. vt producit̃ in esse cognito ꝛ amato est eẽ ac-cidẽtale in aĩa ꝛ qđdã esse absolutũ: esse eni ꝓductũ in esse cognito seu esse terminus cognitionis nõ est purus respe-ctus. Sed dicit esse rẽ s̃ꝫ suũ esse intẽtionale sub tali respe-ctu/ ꝛ tale esse accidẽtale eius est multiplicatũ sicut actus i-telligẽdi ꝛ nominãdi multiplicat̃. ¶ Quantuꝫ ad 3^{m}. s. ad ꝯcludẽdũ: relingt̃ ergo q si velimus saluare distinctionẽ partiũ imaginis. sic q inter eas sit vera identitas ꝛ ꝯsuba-litas: ꝛ solũ mõ distincto in esse relatiuo: opꝫ nõ solũ actuꝫ intelligẽdi ꝛ amãdi quãtuꝫ ad subaꝫ istoꝝ excludere a per se rõne partiũ imaginis ꝛ respectus extrinsecos qui sũt de genere actionis ꝛ passionis. ¶ Sed etiaꝫ excludere ipsaꝫ subam aĩe vt ipsa cadit sub ista reduplicatione. s. vt produ-cta in eẽ intellecto ꝛ amato: q2 vterq꜄ iste modus exclude-ret subalitatẽ. sed quãdo aĩa seipsam dicit ꝛ amat exclusis istis actibus. s. intelligẽdi ꝛ amãdi quãtum ad subam actus ꝛ quãtuꝫ ad respectus extrinsecos: ẽt exclusis reduplicatio-nibus illis. s. aĩa vt ꝓducta in esse intellecto ꝛ amato: tunc ex parte accidẽtiuꝫ istoꝝ nõ remanẽt nisi isti respect⁹ ori-ginis. s. dicti amati: ꝛ ex parte aĩe nõ remanet nisi suba ꝛ es-sentia ipsius aĩe: vt in se est quedã vna res/ ꝛ vna essentia/ ꝛ vna suba. Factis eni istis exclusionibus remanet solũ esse aĩe que est quedã res que intelligit: seu dicit: ꝛ que determi-nat̃ per respectus originis actiue: ꝛ que ꝓducit̃ in esse in-tellecto: ꝛ que producit̃ in esse amato: ꝛ que determinat̃ per respectuꝫ originis passiue. s. dicti ꝛ amati: ꝛ sic ꝯclo ha-bet̃ que videt̃ mihi fore finalis intẽtio August. s. q in mẽ-te vt noscit se/ ꝛ vt noscit̃ a se: ꝛ amat̃ distinguunt̃ partes i vera ꝯsubalitate sic intelligẽdo: q2 in ista imagine saluatur vera ꝯsubalitas q2 eadem res est que intelligit seu dicit ꝛ que dicit̃ ꝛ amat̃: ꝛ saluat̃ ibi vera distinctio rl̃e partium. s̃m q aĩa denominat̃ ab istis respectib⁹ originis. s. q ipsa est dicta ꝛ amata. ¶ Ad h̃ est August. de trinitate. cap̃ 11°. in fine loquẽs qualr verbũ est imago ꝛ similitudo memo-rie. ¶ Addit h̃ habet ꝑfectã ꝛ equaleꝫ qua mens ipsa que nouit est nota. ¶ Nota h̃ que dubitationes q̃ sunt ꝯ h̃ sol-uunt̃ ꝑ lib. dist. 3. questione vltima. s.

Questio. VI.

Utrum ad vitãdũ creationẽ in generatione subali. opꝫ ponere q forma sit aliquid in mã ante gnõneꝫ. ¶ Qđ sic q2 aliter fieret ex nihilo ꝛ sic creatio. ¶ Contra: tunc generatio esset alteratio. ¶ Ad intẽ-tionẽ istius qõnis premitto q oẽs ꝯcedunt q forã est ens in potẽtia mãe ante gnõneꝫ: vt sic creatio vitet̃: sed tamen an sic preëst i potẽtia mãe q sit aliqua entitas positiua po-tentialis in mã distincta ab ipsa mã que est potẽtia dupl̃r. ꝛ iste itellect⁹ facit hic difficultatẽ. vnde applicãdo me ad istũ intellectũ. ꝑmo ponaꝫ sñiam Augustini que videt̃ for-malr q vtraq꜄ pars ꝯcessit. ¶ Scdo ponã difficultates q̃ sunt ꝓ ꝛ ꝯ in hac materia s̃m phiaꝫ. ¶ Tertio/ q2 libẽter volo ꝯcordare phia cum theo⁹: ponã modum s̃m quẽ in-telligendũ est q preëxsunt in mã s̃m esse reale distinctuꝫ a mã: ꝛ per illũ modũ soluã difficultates ꝓbantes ꝯtrariuꝫ. ¶ Quarto oñdaꝫ q iste modus est ex intẽtione posit⁹ ab Aristo. ꝛ Com. vbi loquunt̃ de ista mã in speciali. ¶ Se-quit̃ de ꝑmo arti. vbi Aug⁹ ponit tres ꝯclones sup genesim lib° 5°. c. 23. ponit ꝑ hanc/ q sicut in grano inuisibilr erant oĩa simul que per tẽpora in arboreꝫ surgunt. s. rami/ radix/ poma/ ꝛc̃. Ita ꝛ ipse modus cogitãdus est cuꝫ deus oĩa si-mul creauit habuisse simul oĩa que i illo facta sũt. ¶ Hoc videt̃ sentire q oĩa fuerũt simul creata ꝑmo die q̃ facta est terra inanis ꝛ vacua: ꝛ post fuerũt formata. h̃ magis ha-bet̃ lib. 6. c. 13. ¶ Scda ꝯclo est. c. 13. lib. 6. q quãdo fuerũt oĩa formata ꝛ ꝯsũmata q cõpletũ fuit. 6. die tunc illa cõsũ-mata erant talia q in his inchoata erãt oĩa alia s̃m rõnes ꝑmordiales ꝛ seminales que postea tractu tẽporis in mun-do sunt ꝓducta ponit. exẽplũ ibi in seminibus: in q̃bus rur-sus quẽadmoduꝫ terra nascentia ꝛ aĩata que mõ sunt hĩc in se rõnes seminales oĩum aliorum que ex eis nascuntur. ¶ Tertia ꝯclo est ista/ q ea que nascunt̃ ex illis: ꝛ fuerũt inchoata in illis perfectis ꝛ ꝯsũmatis septo die continebã-tur in eis quo ad mãm ꝛ quo ad formaꝫ sic sunt duo prin-cipia distincta. ¶ Probatio/ Augustinus. 6. super Gen. ca°. 14. ostẽdens quomodo oĩa ea que educẽda. i. producenda tẽporibus sequẽtibus erant: etiã fuerunt inchoata ꝛ consũ-mata quãdo deus creauit oĩa simul dicit sic: ꝯsũmata qui-dem quoniã nihil habẽt illa. i. producenda in naturis pro-prijs. quibus agunt cursus suoꝝ tẽporum q nõ in istis. i. ꝯsũmatis causalr factũ sit: inchoata vero supple fuerunt se-quẽtibus tẽporibus producẽda: quoniã quedaꝫ supple de

p⁹ artic⁹

consūmantis erant.q.semina factoꝝ istoꝝ que per seculi tractuꝫ ex oculto in manifestuꝫ locis congruis erant tēporibus exserēda. ❡ Arguo/producēda sequētibus sic erāt consūmata ⁊ inchoata in creatione rerū:ꝙ nihil habēt nunc in naturis ꝓprijs ꝙ tunc causalr factuꝫ nō est:sed nunc in naturis proprijs habēt causas duas ⁊ essentias mām ⁊ formaꝫ realiter distinctas.Ergo iste due essentie tunc precesserunt seminalr seu potētialr. ❡ Cōfirmaꝫ p̄ h̄ qd̄ sequiꝫ hic igiꝫ siquis inquirat quō consūmauit ⁊ quō inchoauit. respōdens dicit:neqꝫ enim alia ꝯsūmauit alia inchoauit.sꝫ eadē ipsa ⁊ infra.Cū creauit oīa simul ita perfecte consūmauit.vt nihil adhuc in ordine tempoꝝ creanduꝫ esset ꝙ nō hic ab eo iam in ordine causarū causatū esset. ❡ Nota ista eadem ⁊ non alia inchoauit ⁊ consūmauit sic ꝙ nihil addēdū erat in consūmatione quando ex eis erant alia inchoanda ꝙ nō esset veruꝫ nisi vtraqꝫ essentia precesserit. ❡ Itē h̄ proba: rōne sicqꝫ p̄ma opera dei cum oīa simul creauit ⁊ cōsūmauit:aut sic fuerunt pfecta ꝙ nihil eis defuit quātum ad partes essentiales pducēdoꝝ per tēpora:⁊ habeꝫ propositū ꝙ i'inchoatione reꝝ p̄cesserunt forma ⁊ mā omniū.aut nō fuerunt perfecta quātuꝫ ad partes essētiales ⁊ tūc vt arguit.Sequiꝫ ꝙ alia pfectio partialis que rebus perficiēdis defuit addenda erat de qua cum precedente quasi ex semis partibus totū cōpleret: ⁊ sic oporteret deū in oī generatione illud aliquid creare. ❡ Iteꝫ q̄rit vltra de illo cōposito facto vt de grano ⁊ hui⁹.Aut fuit ita pfectuꝫ in se cū nunc accepit formā manifestam suaꝫ propriā:ꝙ nihil postea per tēpora fieri poterat de eo ⁊ tūc stabit generatio ꝯtra illud. Crescite ⁊ multiplicamini aut ex illo aliqd̄ aliud simile poterit generari:⁊ tunc aut sine additione noue rei que defuerat ⁊ eadem rōne cōcedendum erat a p̄ncipio ꝙ partes essentiales generādi de eo ambe p̄cesserunt in eo lꝫ potentialr. ❡ Aut per additioneꝫ noue rei ⁊ tūc opꝫ ꝙ illa noua res que defuerat veniat a deo: sicut omnes res precedentes ⁊ sic in infinitum q̄diu simile generabit.⁊ sic falsum est ꝙ dicit:die septimo compleuit deus omne opus suū:⁊ maxime est falsuꝫ quātū ad rōnes seminales ꝙ dico ꝓpter aīam itellectiuā. ❡ Hanc rōnem colligo lib.6.a p̄n°:caplo.14. Nunc aūt qꝛ iaꝫ:⁊ 3ᵐ

2° artic° mēbrum supra. ❡ De hac mā quere in fine.5.libri. ❡ Sequiꝫ de 2° articulo:vbi sine preiudicio videꝫ mihi ꝙ sicut Augustinus ponit in p̄mo die ꝙ deus creauit celū ⁊ terrā. Sed inanem ⁊ vacuam.i.informem quātum ad formaleꝫ distinctionē partiū sic ꝙ solū formas oīum seminalr ⁊ potentialr terra continebat:lꝫ differentes in hō esse potētiali a mā:⁊ post.6.die illas formas eduxit de terra ⁊ ptes mundi ornauit ⁊ formauit:nihil nouum addēdo. ❡ Uel sicut ponit:ꝙ cum oīa erant consūmata in eis fuerunt rōnes seminales producēdoꝝ oīum ex eis ⁊ quo ad materiā ⁊ formā:⁊ post per tractum temporis.alia ex eis generanꝫ sine

Pō Arist. ꝙ forā t ebeant ali quā esse in materia. additione noue realitatis. ❡ Ita ponūt p̄hi ꝙ materia p̄ma quādo est sub vna forma substātiali ꝙ cōtinēt multas formas substātiales in potētia etiā realiter:lꝫ potētialr differētes a mā:⁊ quādo nouiter educunꝫ in actū nō ad quiritur noua realitas forme:sed educiꝫ de potentia in actuꝫ illud qd̄ p̄mo fuit ibi in potētia. ❡ Qd̄ sic probo:qꝛ quero quādo forma incipit esse cum p̄mo nō fuit de quo sicut de subiecto icipit esse aut de nihilo:⁊ tunc creatio aut de aliq̄ ⁊ tunc aut de materia ꝙ nō est:qꝛ p̄ncipia nō sunt ex alterutris p̄mo physicoꝝ:qꝛ vt arguit Cōmētator cōmen.42. Si generanꝫ ad inuicem tunc erit idem principiū ⁊ non principiū simul ⁊ tenet hoc vt dicit siue sint principia s̄m reciprocationē siue nō.aut ab alio a mā ⁊ forma.h̄ falsum qꝛ principia nō sunt ex alijs ibideꝫ,aut de seipsa forma in potētia ⁊ habeꝫ propositū. ❡ Item actus ⁊ potentia non

variant essentias.si h̄ intelligaꝫ de potentia actiua/falsum est.qꝛ actus transit ⁊ potētia manet.si de passiua falsuꝫ est qꝛ passio transit ⁊ potentia manet:si de potentia subiectaꝫ partiali in respectu ad partialē actum qui est formalis terminus ⁊ obiectū falsum est: mā eni ⁊ forma ad quā obiectiue terminaꝫ actio nō sunt vna essentia: si de subiectiua tota cōparata ad rem obiectiue productā in actu habetur propositū:qꝛ tamē totū cōpositū continēs duas essentias realiter inter se per essentiā differētes. sic terminus actualis/totalis/⁊ obiectū generationis:sequiꝫ ꝙ totum cōpositum prefuit in potentia s̄m vtrasqꝫ sui partes. ❡ Item hec est intentio p̄hi.8.metha.vbi querit qualr cōpositum qd̄ est terminus ⁊ obiectū generationis fiat vnū cum plures habeat partes. Respondit ⁊ dicit ꝙ sicut est in artificialibus ita est in nālibus. Sed vt dicit in artificialibus sic est ꝙ cū ex sphera in potētia fit sphera in actu. hic non concurrit alia noua res que p̄mo nō fuit:nisi solum agens qui facit de sphera in potētia spheram in actu.Ergo sic est in nālibus/cum generaꝫ aer vel aqua vtraqꝫ pars.s.mā ⁊ forme que sunt actu in termino generationis. Utraqꝫ essentia fuit res lꝫ in potentia ante generationē. ❡ Item ad hoc facit argumentū Cōmentatoris ibidē cōmento.15.generatio est translatio que nō largitur aliā nouam multitudinem.sed solum perfectionē in esse.Sed si forma inciperet esse res in termino ad quē:⁊ non fuit distincta res ante nec actu nec potētia generans largireꝫ multitudineꝫ.probatio maioris:qꝛ actio generantis est solū extrahere aliqd̄ de potētia in actum:si enim posset largiri a mā entitatem que p̄mo nō fuerat:nec actu nec in potētia subiectiua esset creatio. Patet ergo maior:vnde subdit ꝙ illud ideꝫ ꝙ est sphera in potētia fit sphera in actu cum agens extrahit ipsum de potētia in actum. ❡ Ad hoc vide cōmentuꝫ.16.in fine ⁊ facit ad ꝓpositū ꝙ p̄hs tractat ibi de vnitate diffinitionis:sicut rei nālis/sed vnitas diffinitionis que habet genus ⁊ differentiā presupponit vtrāqꝫ in potētia:ergo.probatio minoris:qꝛ ꝙ di ꝙ genus sumitur a materia nō intelligiꝫ de mā vt est altera pars:qꝛ hoc modo nō poniꝫ genus de cōposito:qꝛ nō predicat alteram partē tantū:ergo accipiꝫ materia vt includit formā in potentia:sicut genus differentias in potētia:qꝛ isto mō poniꝫ genus de toto s̄m quēdam cōceptum cōfusuꝫ ⁊ potētialem:⁊ sic habeꝫ ꝓpositum. ❡ Itē esse in potētia est medium inter esse in actu ⁊ nō esse omnino.Ergo albedo in potētia est mediuꝫ inter albedinē in actu ⁊ priuationē albedinis.s.puram negationem.Sed hoc nō esset nisi essentia albedinis esset saltē in potētia ante q̄ȝ actu esset:ergo ⁊c̄. ❡ Hec ratio est Simplicij exponētis qualiter potētia pertinet ad scd̄am speciē qualitatis:dicēs ꝙ vniuersalr in oībus est verum ꝙ quecūqꝫ perficiunꝫ ab imperfecto ꝓcedūt ꝙ nō esset nisi esse imperfectū ⁊ potētiale cuiuslibet forme que ponit esse p̄ncipiū operandi ꝯuenit sic specialr pertinet ad scd̄aꝫ speciē qualitatis precederet suū esse perfectuꝫ:ergo ⁊c̄. ❡ Item omnis translatio precedit ordine nā suū terminum. Sed transmutatio includit formā in potētia reali extra suā causam:ergo ⁊c̄. Probatio minoris:qꝛ aliter falsuꝫ esset dictū p̄hi ꝙ trāsmutatio nō differt a forma ad quā vadit nisi s̄ꝫ perfectū ⁊ imperfectum.Si enim pro instanti transmutationis forma vel esset extra causaꝫ materialē vel formaleꝫ salteꝫ: si s̄m esse nullum potentiale in se tunc transmutatio nō esset eadem forma:nec s̄m esse perfectū:nec s̄m imperfectum:imo solū sibi ipsi idem vel agenti vel materie. ❡ In contrarium sunt difficultates. p̄mo ex parte materie. ❡ Prima quomodo forma in esse reali est in materia ⁊ nō informabit,qd̄ falsum videtur:qꝛ ad ꝙ sic.cum in materia ignis sint multe forme in potentia ignis esset formaliter

malr multa ꝛ nõ vnum. ¶ Scða posita hypothesi. Seqtur ꝙ generatio est alteratio: qꝛ materiã accipere formam quam hꝫ nõ est noua acquisitio: sed alteritas ꝛ alteratio. ¶ Tertia: qꝛ generans nõ esset nisi remouẽs prohibens. Si eniꝫ preefuit: sed nõ informauit: sufficit amouere cõtrarias dispositiones ꝛ informabit. ¶ Quarta, ꝙ in generatione substãtiali: nõ est ordo essentialis in receptione formarũ: qꝛ cum omnes equaliter sũt in materia: ꝛ materia essentialiter est in potẽtia. Ergo corrupta forma sub qua est actu indifferenter recipiet quãlibet aliã. ¶ Item sequitur ꝙ in mundo sint infinite entitates. ¶ Scðo, sunt difficultates ex parte forme. Prima ẽ ꝙ lꝫ forma sit i materia: in potẽtia tamẽ per essentiã est actus: ꝛ per h̃ ꝙ est actus cõuenit sibi in foꝛare. si ergo ibi sit ꝛ nõ informet est error nature. ¶ Scða, ꝙ generatio substãtialis non habebit aliquẽ terminuꝫ realẽ acquisitum: qꝛ realiter forma preefuit. ¶ Tertia, ꝙ si sit forma substãtialis suscipit magis ꝛ minus: qꝛ ante generationẽ habet esse iperfectũ. sed post habuit perfectũ. ¶ Quarta, ꝙ idem diceꝛ relatiue ad seipsuꝫ relatione reali. qꝛ potentia dicitur relatione reali ad actuꝫ. ¶ Tertio est difficultas ex parte totꝰ cõpositi: qꝛ si vera qꝫ pars realiter precedit: ergo tota quidditas ꝓcedit: ꝛ sic

T.c.82. leo est realiter leo ante ꝙ̃ generetur. ¶ Scða ẽ, ꝙ materia nõ est subiectũ generationis: imo totum cõpositum cuius oppositũ dicitur. i. ph̃icoꝝ. ¶ Propter solutionẽ argumẽtoruꝫ est intelligendũ: ꝙ formas existere in materia distinctas ab inuicẽ: ꝛ a materia potest intelligi dupl'r. põt enim materia accipi dupliciter: vno modo vt est materia ꝑma ꝛ subiectũ cõmune omniũ formarũ. ¶ Alio modo, vt est distincta per distinctas habilitates ad distinctas formas. primo modo est potẽtia remota. scðo modo est potentia ꝓpinꝙ̃ respectu cuiuslibet rei naturalis. ¶ Ista distinctio

T.c.11. ꝛ veritas partiũ potest colligi a Pho ꝛ Cõmentatore. 12. metha. vbi in ꝑncipio resumit phs mãm quã ꝑmo physicoꝝ tractauit cõtra Anaxa. dicens: dubitabit autẽ aliquis, ex quali nõ ente est generatio. ¶ Respõdendũ ꝙ ex non ente actu, sed in potẽtia, ꝛ sic qõlibet nõ generatur ex qualibet potẽtia. sed alterum ex altero. ¶ Et ad hoc sunt ista verba cõmenti. 11. qꝛ in ꝑncipio cõtinuando se ad precedentia. Sic dicit de Aristotele vult narrare ꝙ quãuis materia ꝑma sit vna ſm subiectũ. tamẽ multa est in potentia ꝛ habilitate ꝛ qõlibet ens habet cũ materia omniũ materiam propriã infra dicit ꝙ sic soluiꝫ questio quomodo vnũquodqꝫ ens fit ex ente. nõ eni qõlibet ens ꝙ fit: fit ex quolibet ente in potẽtia. sed vnũquodqꝫ entiuꝫ fit ab eo ꝙ est in potẽtia illud ꝙ fit. i. ex propria potẽtia: ita ꝙ numerus potẽtiaꝝ sit sicut numerus specierũ entiuꝫ generabilium. ¶ Probãt rõne ꝙ preter subiectuꝫ cõmune opꝫ esse distinctas potẽtias ꝓpinquas. qꝛ si materia fuerit vna: ꝛ potentia vna: eadẽ rõne agens est vnũ: qꝛ potẽtia passiua dꝛ relatiue ad agens: nã autem relatiuoꝝ est ꝙ multiplicato vno ꝛ reliquũ. sed vbi materia fuerit vna: ꝛ potẽtia vna: ꝛ agens vnum. Ibi natura est causa multitudinis. ergo nisi preter cõmunem potentiam que est materia prima fuerint alie multe potẽtie propinque nõ est multitudo in entibꝰ generalibus. ¶ Patet ergo distinctio de materia que est cõmune subiectũ ꝛ potentia remota ꝛ de materia que

Hoc est oẽs ab eterno habuerit esse reale potẽtiale i mã ꝑma. Hoc ide
hꝫ li. 2. di. 18. q. an rõnes semiales ꝛc. ar. 2.

tantū se resultat eoꝝ: distinctio formalis i cōprehensione
diuina. ¶ Et sic ista q̄tuor se habēt h̄m ordinē: p̄bo / deus
continet adunate virtualr̄ ⁊ perfectionalr̄ omnes creatu,
ras. 2° ad istam ꝯtinētiam consequit̄ per modū resultatio,
nis q̄ singulū eoꝝ saltem h̄m signatū sui nominis est ens
potētiale ⁊ possibile. ¶ Tertio deus cōprehēdit seipsum
qui est totum ens virtualr̄ / perfectionalr̄ / seu eminēter. 4°
ex perfectione illius cōprehēsionis consecutiue cognoscū,
tur oīa h̄m quodlꝫ sui esse. ⁊ sic possunt solui q̄tuor q̄ones.
¶ Prima / qualr̄ est p̄ma formalis distinctio idearuꝫ acci
piēda. ¶ Dicēduꝫ / q̄ p̄ma distinctio formalis quā habēt
creature est in intelligētia diuina. lꝫ prima potētialis sit in
creatura fundata h̄m suū quid nominis: nō h̄m essentiam
suā eternam: de hoc. 2. lib. q. de essentijs eternis: articulo. 3.
¶ Questio 2ᵃ est / qualr̄ illa distincta se habent ad intelle,
ctum distinguentē: aut in rōne obiecti mouētis vel termi,
nātis. dicēduꝫ q̄ distinctio formalis est resultatiua nō mo
tiua intel lus: nec terminatiua. ¶ Tertia questio est / quo,
modo saluabit̄ hoc cōe principiū: q̄ sicut obiectū presup,
ponit̄ potētie ⁊ actui: ita ergo distinctū presupponit̄ distin
cte cognitioni: non enim saluabit̄ per h̄ q̄ ponit̄ resultare
⁊ ꝯsequi distinctaꝫ nō precedere. ¶ Dicēdum / q̄ hoc cōe
p̄ncipium nō est verum loquēdo de distinctione formali
que est ad p̄positū: quādo ista distincta cognoscunt̄ ex cō,
prehēsione alicuius p̄mi: q̄ est tale per essentiam: vt pꝫ de
calore per essentiā: ⁊ p̄mo ente per essentiaꝫ: sic applica ad
alia difficilia in hac mā: ⁊ videbis q̄ omnia sunt soluta.
¶ Quarta est / ⁊ est Cōmētatoris qualr̄ talis cognitio est 3.5i
vere cognitio ⁊ distincta: cuꝫ nec est vl̄is: nec particularis
h̄m Cōmentatorē. ¶ Dicēdum / q̄ talis cognitio non de,
bet dici vniuersalis: nec particularis: Cōmentator eni ibi,
dē vult / q̄ deus sit ista que sunt extra: sed nō sciētia parti,
culari: q̄ ipsa vt sunt extra in esse particulari sunt infinita:
nec sciētia vl̄i: q̄ in vniuersali scita sunt scita in potētia. er,
go vult q̄ sint scita. 3° modo. s. solum per scientiā cōprehē,
sionem p̄mi sciti / q̄ est totū ens virtualiter intelligibiliter.
¶ Ita q̄ per h̄ q̄ sciunt̄ per sciētiam vnius p̄mi excludit̄
sciētia particularis que est circa multa p̄ma. per hoc q̄ sci,
unt̄ per cōprehēsionē eius q̄ est totum ens eminēter vir,
tualr̄ ⁊ intelligibilr̄ sciunt̄ actualr̄: q̄ da oppositū non est
cōprehēsio: sed restat aliquid apprehēdenduꝫ ⁊ sic exclu,
ditur cognitio vl̄is que est respectu scitorum in potentia.
¶ Sequit̄ de 2° arti. vbi est remorādum: q̄ in p̄mo arti, 2° artic
culo sunt dicta duo in quibus stat pondus q̄onis. ¶ Pri,
mū est / q̄ deus in quātum cōprehēdit seipsuꝫ que est cau,
sa vnitiue ⁊ eminēter omnia continēs cognoscit alia a se: ⁊
nō per modum obiecti mouētis ⁊ terminātis. sed per mo,
dum sequele ⁊ ꝯsecutiue. ¶ Scd̄m est / q̄ p̄positio dicēs
q̄ cōprehēdendo se virtualr̄ scit omnia ꝯsecutiue est vni,
uersalr̄ sic vera q̄ lꝫ creature dicunt̄ habere q̄dam esse
possibile obiectiuū seu esse intellectuale per h̄ q̄ virtualr̄
⁊ perfectionalr̄ continent̄ in deo: etiā quodam mō prece,
dens actuꝫ cōprehēsionis diuine: tn̄ illud possibile esse q̄
pro isto priori habēt nō se habet ad intellectū diuinū per
moduꝫ obiecti mouētis vel terminantis. sed solū sunt ob,
iecta ꝯsecutiue cognita. ¶ Primuꝫ probāt per Dionysiū:

q2 per Dionẏ.de diui.no.cap.13. Age aũt ſi vĩ vbi tractat hãc queſtionẽ poſt mediũ dicit nouit diuina mens.ſed ex ipſa ꝛ in ipſa ſm cauſam oĩum ſciẽtiam ꝛ cognitionem ꝛ ſubſtantiam prehabet:ꝛ preaccepit ſm vnam cãe continẽtiaʒ. omnia ſciẽs ꝛ cõtinẽs ſicut lumẽ ſm cauſaʒ per ſe:ꝛ ipſam tenebraꝝ preaccepit viſionẽ nõ aliunde videns tenebras q̃ aliunde. ¶ Nota ſcit omnia ſm vnam cãe continẽtiaʒ ſicut tenebras per lucẽ: h̃ non eſt tenebras cognoſci ſicut obiectũ mouens vel terminãs intellectũ. ſed eſt tenebras cognoſci reſultatiue per cognitionẽ alterius ꝙ eſt cauſa cognitionis earũ:ergo ꝛc. ¶ Iteʒ ibidẽ premittit hanc propoſitionẽ. Igiẗ ſeipſam diuina ſapiẽtia cognoſcẽs cognoſcet omnia:ꝛ multa vnitiue in ipſo vno:ꝛ eniʒ ſi ſm vnam cauſaʒ deus oĩbus exiſtẽtib⁹ eẽ tradidit:ſm eãdẽ cãm ſciet oĩa/ſicut ex ipſo exiſtẽtia q̃ in ipſo ꝛ extiterunt ꝛ nõ extiterũt ſuimet eoꝝ cognitionẽ. ¶ Nota ꝙ ea q̃ ſũt/ꝛ nõ ſunt/ ꝛ erunt/cognoſcẽdo ſe cauſam eoꝝ facit eſſe cognita: ſicut ex eo ꝙ eſt cauſa oĩbus tradidit eſſe:ꝛ ſupra dicit nõ ſʒ viſionẽ ſingulis ſe immittens. Sed eſſe cognita ſit/ꝙ oĩno cognitio largiẗ eis ab alio cognito:nec viſio videntis tranſit ꝛ immittit ſe ſuper iſta h̃ eſt cognoſci reſultatiue:ſicut relationẽ accipere eſſe ꝑ eſſe fundamẽti ſic ꝙ actio agẽtis nõ tranſit ſuper eaʒ h̃ eſt reſultare. ¶ Habemus igiẗ/ꝙ conſecutiue ſcit ea. ¶ Probatio ꝙ diſtincte/q2 dicit ꝙ ſciẽdo cauſaʒ que fecit ea ſcit exiſtẽtia:ꝛ que extiterunt.ſed cognoſcere exiſtẽtias eſt diſtincte cognoſcere.igiẗ. ¶ Itẽ ibi ſequiẗ. recte autẽ deus laudaẗ a ſanctis eloquijs nõ tantũ quoniã rõnis/ꝛ mẽtis/ꝛ ſapiẽtie/eſt largitor. Sʒ quoniaʒ ꝛ omniũ cauſas in ſeipſo preaccepit vniformiter: ꝛ qm̃ per omnia vadit pertingẽs:vt eloquia diẋ vſqʒ ad finẽ oĩum. ¶ Secundũ ꝓbaẗ per Auguſt.q2 Auguſt.83.q.q.de ideis dicit/ ꝙ rõnes incõmutabiles que idee vocanẗ diuina ꝯtinenẗ intelligẽtia.ꝛ ſubdit has rationes:vbi arbitrãdum eſt fore in mente creatoris:ꝓbat/nõ eni ꝗcquid extra ſe poſitũ intuebaẗ:vt ſm illud ꝯſtitueret qḋ conſtituebat.naʒ h̃ opinari ſacrilegiũ eſt. ¶ Arguo/eque ſacrilegiũ eſt ꝙ aliquid extra ſe ab eterno intuebaẗ aptitudinale vel potẽtiale:vt ſʒ illud cõſtitueret ꝛc. Sicut ꝙ aliquid intuereẗ qḋ nunc poſitũ eſt in actu:q2 eque argueret imperfectioneʒ in intellectu diuino. Ergo eque negat eſſe poſſibile creature eẽ obiectum terminans:ꝛ mouens ſm eſſe potẽtiale:ſicut ſm eſſe actuale. Sed ſi creator in productione creaturarũ nõ poteſt intueri creaturã extra ſe intuẽdo/ſeu trãſeundo ſuper creaturas:nec ſm eſſe actuale:nec per eſſe potẽtiale:ſolum relinquiẗ ꝙ cognoſcit eas cõſecutiue/ſeu reſultatiue:ğ ꝛc. Et hoc eſt ꝙ dicit ꝙ in diuina intelligẽtia ꝯtinenẗ.i.ſoluʒ habẽt eſſe cognitum in actuali intellectione diuina non in ſeipſis ꝙ eſt eas cognoſcere reſultatiue. ¶ Sed oriẗ dubitatio nunquid h̃ ſit vere:ꝛ formaliẗ/ꝛ realiẗ deum cognoſcere que ſũt extra aut eminẽter:ꝛ denominatiue. dicit Aureolus ꝙ ſolũ denominatiue/ꝛc. Quere lib.1.di.39. vbi reprobaẗ articulo.1. vbi tantũ contra Scotum tenet ꝑmo:ꝛ probat diſt.35.q.2.ꝑ arti[lo]:ꝙ nihil extra deũ obijciẗ intellectui diuino/nec per modũ obiecti ꝑmarij/nec ſcḋarij:ꝛ h̃ i rõne trinitatis/vt probat articulo.1.ꝛ deducit articulo 2°. ¶ In ꝑmo articulo arguit/ad hoc impoſſibile eſt:q2 eſt imperfectionis in deo ꝙ deprehẽderat a nõ deo quoquomodo:q2 beatoꝝ noſtroꝝ nõ ꝛc. Sed ſi intellect⁹ diuinus terminareẗ ad creaturas quoquomõ intellectio diuina depẽderet a nõ deo.igiẗ probatio minoris. Impoſſibile eſt eni intellectionẽ ad aliqḋ obiectaʒ manere ſine iſto obiecto:ꝛ per ꝯſequẽs ab eo depẽdet. ¶ Et dicit/ꝙ h̃ eſt demõſtratio Ariſtotelis. ¶ Qḋ ſic poſſit formari. ꝑmuʒ eſt neceſſariũ perfectũ ꝙ nõ perficiẗ per aliquid extra ſe:nec efficienter/nec formaliẗ/nec coexiſtenter. Sed h̃ eſſet ſi aliquid extra ſe determinaret eius intellectionẽ.probatio/q2 illud aliud quo exiſtẽs quoquomõ faceret ad intellectionẽ.ſed intellectio eſt ꝑfectio intelligẽtis:ergo. ¶ Item ſi ſic ſequiẗ ꝙ diuiſio cõtinui totaliẗ euacuaẗ ꝛ conſtituiẗ in actu:probatio ꝯſequentie:q2 ſi nõ/ergo alique partes remanẽt vlterius diuiſibiles in potẽtia:ſi ergo intellectus diuinus natus eſt terminare intellectionẽ circa illas partes in potẽtia:ğ opʒ ꝙ intellectus diuinus ſit in potẽtia. h̃ eſt impoſſibile:ergo. ¶ Item ſi ſic ſequiẗ ꝙ ſit infinitum quãtum in actu:ꝛ infinitus numerus in actu:ꝛ infinite ſpecies reꝝ.probatio cõſequẽtie:q2 intellectus diuinus videt ſimul:ꝛ nõ ſucceſſiue oĩa poſſibilia fieri a deo.ergo cũ hec ſint infinita per poſitum:ergo videt quãtum infinitũ ꝛ numerũ infinituʒ ꝛ ſpecies infinitas:h̃ eſt impoſſibile:q2 eque poſſet videre infinita poſita in actu:q2 eque põt intellect⁹ diuinus ponere infinita in actu ſicut in potentia. ¶ Scḋo/dicit.q.2.articulo 2.ꝙ deus non intelligit creaturas aliq̃ actu apprehenſiuo quoquõ attingẽte eas:ſed ſolum dicunẗ intelligi a deo denominatiue:puta ꝙ deus apprehendẽdo ſe qui eſt tota entitas eminẽter ab illa apprehẽſione denominantur entia participata fore intellecta. ¶ Et ſtat imaginatio ſua in h̃ ꝙ lapis extra intelligiẗ terminatiue quãdo primo hʒ eſſe in aĩa ſm eſſe obiectiuũ ſeu conſpicuũ/ſeu intentionale:ꝛ tunc mediãte tali eſſe intellecto:intellectus dĩ ad reʒ extra terminari. ¶ Poſito ergo/ꝙ lapis ſimpliẗ nõ haberet eſſe intẽtionale in aĩa:ſed reale:ſi tunc lapis ſimpliẗ eſſet intellectus oẽs particulares lapidea extra eſſent intellecti denominatiue:ſed nõ terminatiue. ¶ Nota/ꝙ vt videẗ ꝙ ad ipſum ſequiẗ ꝙ nõ ſunt cognite:ꝛ apprehenſe vere ſm eſſe qḋ habẽt in ſe:dicit enim ꝙ nõ intelligit creaturas aliquo actu apprehẽſiuo quoquomodo attingẽte eas: ſed nõ eſt imaginabile ꝙ aliquid ſit vere apprehẽſiue ſm ſibi ꝓpria cognitũ niſi apprehẽſio quoquomodo attingat ipſuʒ: ergo ꝛc. ¶ Cõtra iſtum modũ ponendi/arguo ſic:vt deductum eſt ſolum ꝯcedit ꝙ creatura denominaẗ cognita.ſed nõ vere cognita aut apprehẽſa. Sed ſolus deus qui eſt tota entitas eſt apprehẽſiue cognitiue.ſed illud eſt falſum.ꝓbatio/q2 lapis idẽ numero qui in tẽpore eſt creatus:aut ſʒ illud eſſe numero ꝛ formale ꝙ habet in tẽpore eſt cognit⁹ a deo apprehẽſiue ꝛ nõ tantuʒ denominatiue aut nõ. ſi ſic habeo ꝓpoſitũ. Si non/tunc deus nõ cognoſcit apprehẽſiue celuʒ qḋ fecit:q2 celum ꝙ illud qḋ fecit:ꝛ ꝙ iam factũ eſt.eſt celum formaliẗ h̃ negare deo ſũmũ ſacrilegiũ eſt ſʒ Auguſt.83.q.46.igiẗ. ¶ Item deus vult me ſaluandũ.ſed ſi ſolum cognitus ſum ab eo denominatiue nõ apprehenſiue hoc nõ eſt verum:q2 voluntas ferreẗ in nõ apprehenſum. ¶ Confirmaẗ/q2 q̀ apprehendiẗ vt deus nõ eſt volitũ ſaluari:imo ꝙ apprehendiẗ:vt nõ deus eſt volitũ ſaluari:ſed deus nõ eſt natus hĩe tales cõtradictorias apprehenſiones:ꝛ tales ꝯtradictorias volitiones de ꝗbus hic ſit mẽtio. Ergo alia apprehẽſio hinc inde. Aſſumptũ ꝓbatur q2 ad hoc ꝙ aliqḋ ſit volitũ ſaluari opʒ iudicari vt ſaluandũ/iudicium eſt in apprehẽſione ſed deus nõ iudicaẗ ſaluandus.ſed aliud igiẗ. ¶ Cõfirmaẗ/q2 velle ſaluari pertinet ad praxi.q2 eſt circa factibile:ſed ad praxi concurrunt T.c.49
apprehẽſio cum velle.2.de aĩa:1.q.de praxi.artic.1. ¶ Itẽ periculũ eſt dicere ꝙ creature nõ ſunt apprehẽſe a deo in rei veritate/nec in rei veritate ſunt apprehẽſe diſtincte.ſʒ ſolũ ſm noſtrum modũ intelligendi:ſed ſi nõ habent ſingula ſuum diſtinctũ eſſe cognituʒ formale in mẽte diuina denominãte ea formaliẗ cognita:vt extra.ſʒ dicanẗ cognita eminẽter denominatiue extrinſeca h̃ ſequunẗ. ¶ Primũ videlʒ qḋ ſequiẗ ꝙ in rei veritate nõ ſũt apprehẽſe.pʒ de exẽplo in colũna. Colũna eniʒ in rei veritate nõ eſt apprehẽſa dextra:imo h̃ ẽ falſuʒ:ſolũ eniʒ eſt apprehẽſa dextra

sm nr̄m modū intelligēdi: ⁊ causa est: qꝛ nō habet formalem rōnē per quā est nata apprehēdi ⁊ denominandi de extra. Sed solum habet illā denominationē ab extrinseco. ¶ Scōm ꝙ nec distincte cognoscunt̄ in rei veritate. pꝫ. Dextrum eni ⁊ sinistrū nō apprehendit̄ in colūna distingui in rei veritate: qꝛ nō habēt formales tales denominatiuas rōnes in rei veritate. ¶ Item quero quādo deus ꝓduxit creaturas in distincto esse extra cognoscēdo ea eminēter ⁊ equipollēter, aut cognitio illa eminens denominabat ista fore formalr̄ distincta extra: sicut distincta cognitio lapidis ⁊ rose, denominat rosam ⁊ lapidē, forma distincta formalr̄ extra: aut nō. si nō, tunc per te nō sunt cognita a deo: nisi precise per talē cognitionē eminētem denominantē. ergo nō cognoscunt̄ a deo q̄tuꝫ ad formalē distinctionē quā in se habēt, qd̄ falsuꝫ. Sequit̄ eni ꝙ tunc deus ignoret penitus aliqd̄ esse cause. ¶ Si sic, arguo, multiplicatis denominatis formalr̄ necesse est formas denominātes eo mō multiplicari formalr̄ vel in re saltē vel in intellectu sm oēm opinionē: sicut ꝯcedit Augustinus, si ideata

T.p.29. formalr̄ multiplicent̄: ⁊ idee saltem in intellectu. ¶ Etiam sm Phm. 7. metha. in artificibus est factio vniuoca: quia vnūquodqꝫ fit a suo simili in aīa: ⁊ non ab idea Platonis: ⁊ tu dicis ꝙ causata in sex dieb⁹ denominant̄ formalr̄ distincta, per hoc ꝙ cognoscunt̄ a deo eminēter solum, eque ac si cognoscerent̄ distinctis cognitionib⁹ formalibus. Ergo necesse est sua esse que hn̄t in cognosci multiplicari sm rōnem ⁊ aliud nō querimus: nisi ꝙ multiplicent̄ in eē cognito multiplicatiue sm rōnē, ergo ⁊c̄. ¶ Quia aliqui mihi imponūt, ꝙ dico idē qd̄ ipse, ⁊ ꝙ illud qd̄ vocat ipse cognosci denominatiue: ⁊ ego voco resultatiue est solum voce differre. ¶ Ostēdo ꝯtrariū: lꝫ enim concordamus in hoc, ꝙ essentia diuina est per se obꝫ terminans: ꝙ est totū ens eminēter: ⁊ in quo sistūt intellc̄s articulo 2º: tamē discordamus p̄mo in hoc ꝙ dicit artic. 2º: ꝙ deum sistere in se qd̄ est totū ens ē solū cognoscere creaturas eminēter ⁊ equipollēter: sic ꝙ ibi nō est multi⁰⁰ intellectoꝝ sic, ꝙ creatura vt intel.ᵃ ponat in numerū cum essentia diuina vt intel.ᵃ: sed sunt vnū simplicē intellectū. Ego dico ꝙ distinguunt̄ in esse intellecto: qꝛ distinctissime ambo cognoscunt̄ lꝫ deus sit p̄mū obiectū in quo sistit intellectus diuinus ⁊ creature cognoscunt̄ ꝯsecutiue vel resultatiue. ¶ Scd̄o in h̄, ꝙ in soluēdo instātias ꝯtra euꝫ in p̄nº dicit ꝙ cognoscunt̄ nō terminatiue sꝫ denominatiue. ¶ Exponit se ꝙ intelligi terminatiue est qn̄ res extra hꝫ esse ꝯspicuū ⁊ intētionale in aīa ꝑ qd̄ cognoscit̄ esse extra: ⁊ dicit ꝙ isto mō creature nō terminant intuitū diuinū: qꝛ non hn̄t apud deum esse tale intētionale: imo in deo hn̄t esse reale per hoc ꝙ deus est totū ens: ⁊ ideo deus cognoscēdo se ꝙ est totū ens realiter cognoscunt̄ ⁊ intelligit denominatiue ⁊ equipollēter: sicut si lapis esset realr̄ aīa intelligēdo aīaꝫ denominaret̄ lapis intellectus, nō ꝙ lapis in esse intellecto mediet inter aīam ⁊ seipsum extra. Sed ꝙ aīa re intellecta. s. aīa denominaret̄ lapis intellectus. Ego dico ꝯtrariū ꝙ lꝫ deus cognoscēdo se ꝙ est totum terminat̄ cognitio sua ad se tanq̄ ad per se speculatuꝫ in quo sistit. tn̄ sic sistēdo in se cognoscit distinctissime creaturas. ita ꝙ hn̄t in deo esse conspicuū ⁊ intellectuale ⁊ sunt vere cognite apprehēsiue: mediante quo esse conspicuo ⁊ intellectuali apprehēsiuo cognoscunt̄ creature extra: sed h̄ est cognosci resultatiue ⁊ vere formaliter ⁊ apprehensiue: ⁊ distinctissime ⁊ nō solū eminenter. ¶ Et hoc est quodā modo intellecti terminatiue: lꝫ improprie ⁊ famose: qꝛ vt sic sunt vltima cognita terminus ⁊ vltimuꝫ idem. ¶ Qꝛ deus nō cognoscat ea probāt argumēta sua in p̄mo articulo: vbi probat ꝙ ad creaturas nō terminatur intellectus diuinus: nec sicut ad primas nec ad scd̄a obiecta. Sic ꝙ aliquo modo ponunt̄ in prospectu ⁊ intuitu intellectus diuini. qꝛ si sic cum in continuo ⁊ in numero sint infinite partes. opꝫ deum intelligere ea ⁊ qua ratione possunt in diuino ꝓspectu poni ita possunt in effectu produci: ⁊ sic euacuaretur tota diuisio continui ⁊ appositio numeri. Ergo vult ꝙ non sint apprehēsiue cognita sed denominatiue, sicut colūna est dextra. ¶ Discordamus ꝙ ipse ponit ꝙ terminare est habere esse intētionale apud intellectum ꝙ nō conuenit creature, vt dicit. Ego dico, ꝙ terminare non est habere esse intentionale apud intellectum diuinum quem non terminat: sed terminare est actum transire super obiectum tanquā super per se speculatū ⁊ in isto sistere. ¶ Ad argumēta de obiecto terminante possem ego concedere sibi ꝙ nego obiectū per se terminans: tamē aliquo modo posset ꝯcedi obiectū terminans: ⁊ ideo respōdeo. ¶ Ad p̄muꝫ quādo dicitur, ꝙ intellectio diuina depēderet a nō deo, negatur: ad probationeꝫ quādo dicitur ꝙ si creatura terminaret intellectionē diuinam nō posset manere sine ipsa. ¶ Distinguo aut loquēs de obiecto per se termināte ⁊ sistente: sicut imaginabatur Thomas in quo decipitur Aureolus arguēdo ꝯtra Scotum, ꝙ deus intelligēdo se subito transiret super creaturā in ratione obiecti terminantis: ⁊ sic est veruꝫ ꝙ actus intelligendi non potest esse cum obiecto in ratione termini. ¶ Alio modo potes loqui de obiecto terminante famose vocando obiectum terminans illud quod vltimo est cognitum, vt puta illud quod cognoscitur consecutiue ⁊ resultatiue ad cognitionem obiecti per se terminantis: ⁊ sic est verum ꝙ non potest esse sine obiecto terminante: ⁊ sic est in proposito, quare ⁊c̄. ¶ Ad scōm quādo dicitur, ꝙ si sic diuisio continui totaliter euacuaret̄ ⁊ constitueretur in actu, negatur. ad probationē quādo dicitur si nō.. ergo alique partes remanerēt diuisibiles in potētia, concedatur: ⁊ quādo dicitur: igitur intellectus diuinus terminatus ad illa esset in potentia. verum est si essent obiecta per se terminantia: qꝛ si sic, sicut post qdl̄ꝫ acceptum esset aliud in potētia accipienduꝫ ita intellectus accipiēs qdl̄ibet est in potentia ad accipiendum aliud: ⁊ aliud in infinitū. Sed si sint soluꝫ obiecta famose terminantia: nō sequitur, qꝛ tunc potuerunt comprehēdi vnico actu comprehēdente p̄muꝫ obiectū in infinitum virtualiter obiecta continēs vt probatur p̄mo ⁊ scd̄o articulo. ¶ Ad tertiuꝫ quādo dicitur, ꝙ infinitus numerus in actu ⁊ infinite species erunt ⁊c̄. Negatur: ad probationē quando dicit̄: quia eque potest in infinita in actu sicut in potētia: qꝛ eque potest intelligere infinita in actu si sint: sicut in potētia. Dico nō sequitur deus potest infinita in potētia intelligere. Ergo īfinita possunt poni in actu sicut nititur concludere argumētum nisi addatur ꝙ intelligerentur vt productibilia h̄ falsuꝫ: qꝛ deus non intelligit numerū nec ꝯtinuū esse diuisibilia aut augmentabilia in infinituꝫ potētia reducibili ad actū. ¶ Ad exēpla sua que adducit ꝓ scd̄o, dico ꝙ posito ꝙ anima realiter eminēter esset omnia. adhuc falsum est qd̄ dicit: hoc posito si anima comprehēderet se esset distinguēdum de duplici denominatione. s. re vna que penitus est ab alio vt quādo omnes creature dicerētur cognite denominatiue: ⁊ eminēter a cognitione qua anima comprehēderet se que ponitur fore omnia eminēter: alia est denominatio accepta quodā modo a seipso. vt cum ipsummet quodaꝫ modo duplicatur sm esse. v. gr̄a: sicut lapis vt splēdet in actu intelligēdi in esse cognito denominat lapidē extra: lapis enim extra denominatur intellectus ab actu intelligendi. ¶ Et ista denominatio in rei veritate nō est eminens. sed propria ⁊ formalis per te supra. ¶ Per h̄ ad exēpla quando dicis, ꝙ si anima esset eminēter realiter omnia tunc comprehendendo

prebēdendo se alia a se extra essent cognita solū denomi-
natione ⁊ eminēter per cognitionē sui nō formaliter per
propria esse cognita. Dico q̄ falsum est: imo iste est ordo
q̄ pmo cōprebēdit se tantū tanq̄ per se obiectum intelle-
ctum ⁊ per se sistens ⁊ terminans intellectū: ⁊ deinde ex
comprebēsione eius ꝯsecutiue essent cognite omnes crea-
ture ſm sua esse propria: ita q̄ per ista esse cognita ꝓpria
que habēt consecutiue vere ⁊ formalr̄ denominaretur co-
gnita ⁊ nō solum eminēter. ¶ Et sic reuertuntur cōtra te
exēpla tua: q2 tu dicis q̄ tunc est lapis proprie ⁊ formali-
ter cognit⁹ quādo mediāte suo esse cognito ⁊ intellectuali
qd̄ habet in anima / ipsa dicit̄ esse cognita ſ3 esse qd̄ habet
3° artic° extra. ¶ Sequit̄ de tertio articulo: vbi potest ꝓbari ista
T.c.31. via continere magnā euidētiam ⁊ veritatem. 4. eni3 phy-
sicor: cap. de loco / dat Aristoteles regulam: q̄ illa diffinitio
est maxime vera quādo ostēditur quid est de aliquo ⁊ sol-
uuntur questiones difficiles que accedūt rei: sed per hanc
viā3 redditur quid sunt idee quibus deus cognoscere po-
test ⁊ soluunt̄ questiones accidētes circa ideas: imo circa
accidentia: ⁊ circa ꝑncipia formalia emanationum perso-
1° qd̄. nalium: ergo ⁊c̄. probatio minoris. ¶ Prima eni3 questio
de ideis est quid est idea. Respōdeo ſm premissa q̄ idee
sunt ipse creature consecutiue cognite. probatio ſm Augu
stinu3. 83. q. q. de ideis: vbi dicit idee nāq3 principales for
me vel rationes sunt que diuina intelligētia continentur:
⁊ ſm eas formari dicit̄ omne qd̄ oriri ⁊ interire potest: ⁊
subdit q̄ necessarie sunt: q2 nullus audet negare deu3 oīa
rōnalr̄ condidisse. Sed cū deus cognoscēdo se: ⁊ consecuti
ue cognoscit creaturas perfecte ⁊ distincte. Tūc in intelli-
gentia diuina sunt rationes creaturarum quibus rationa-
biliter formari possunt existētia: creature enim vt sunt di-
stincta obiecta cognita in mente diuina sunt rationes qui-
bus rationabiliter possunt fieri creature: sicut a domo ob-
iectiue cognita in anima potest fieri domus extra: ergo ⁊c̄.
2° qd̄. De hoc diffuse. 2. q. q. 1. a. 3. ¶ Scđa questio est / qualiter
distinguitur an per intellectū negotiatiuum seu compara-
tiuum. i. per intellectum quo intelligit seipsum in compa-
ratione ad alia a se. ¶ Respon⁹ / q̄ nec sic nec sic. sed per in-
tellectum absolutu3: quia ponētes intellectum compara-
tiuum / aut negotiatiuū: dicunt q̄ intellectus diuinus pmo
intelligit essentiam diuinā. secūdo intelligit se imitabilem
a creaturis. ⁊ tertio in intellectu suo distinguunt̄ idee: sed
ista positio ponit q̄ deus in intelligēdo se ⁊ sistendo in se-
ipso: ⁊ non comparādo se ad aliquid aliud: neq3 aliud ob-
iectum mouens: neq3 terminans statim consecutiue resul-
tat in intelligentia sua distinctio omniu3 causarum in esse
cognito: hic autē actus quo in se: ⁊ circa se sistit inquātu3 hu-
ius est absolutus: l3 illud qd̄ ad ipsum cōsequitur sit respe-
ctiuum isto modo. Ergo actus quo distinguuntur ipse idee
est absolutus. l3 idee ipse que distinguunt̄ sint relatiue / er-
go. Ideo distinguūtur sine omni actu comparatiuo prece-
3° qd̄. dente vel causante earū distinctionem. ¶ Tertia questio
est de multiplicatione istarū idearum: an multiplicentur
respectu singularium ⁊ omnium entiū. ¶ Respondeo q̄
ista difficultas ⁊ quedam alia euacuantur per istu3 modū
ſm quem potest conuenienter concedi q̄ habet ideas re-
spectu singulariū. sicut respectu generum vel specierum.
ponentes enim ideas vniuersales generum specierum ha-
bent difficultatem quare non eque potest essentia diuina
imediate esse causa cognitionis omniū singularium ⁊ om-
nium entium sicut idea vniuersalis respectu suorum om-
nium contentorum: maxime cū suus intellectus perfecti-
simus. sed in isto modo ponendi quē ego pono vitatur dif-
ficultas omnis tam de essentia q̄ de ideis generum ⁊ spe-
cierū: q2 dicitur q̄ h̄ l3 cōprehēsione entis cōmunis lineā-
mēti non cognoscunt distincte omnia particularia: tamē
cōprehēsione entis cōmunis q̄ est totum ens virtualiter
eminēter ⁊ intellectualiter cognoscunt cōsecutiue omnia.
ſm qd̄ l3 esse suu3 ⁊ vniuersale ⁊ particulare. sed cognosce-
re creaturas in vniuersali ⁊ particulari cognitione sui hoc
sufficit ⁊ tantū valet sicut habere distinctas ideas: respectu
omnium singularium. Ergo deus cognoscendo se ⁊ omnia
alia consecutiue perfectissime: ⁊ in singulari est deum ha-
bere ideas respectu omniū singularium: de h̄ questione. 6.
hic. f. ¶ Quarta questio est / ad quid requiritur ista multi- 4° qd̄.
tudo: an. s. ad hoc q̄ sint distincte rōnes representatiue ip-
si intellectui diuino / mediantes inter intellectū diuinu3: ⁊
creaturas distincte cognoscendas. ¶ Respondeo q̄ non /
q2 q̄ euidenter ⁊ eque bene potest fieri per vnum: sicut p
multa media superfluerēt si ⁊c̄. Sed ista positio ponit / q̄
deus cōprehendēdo se ex perfectione istius actus habet si-
bi omnes creaturas cognitas ꝯsecutiue imediate. ergo nō
op3 ponere ideas mediātes. ¶ Et si arguat̄ / ad distincta
cognita preexigatur distincta ratio cognoscendi: q2 idem
inquātu3 idem semper natum est facere idem. 2. de gene. T.c.56.
¶ Respōdeo / q̄ ad cognoscendum aliquid tanq̄ per se
⁊ principale cognitum: preexigit̄ distincta ratio eius. quā-
do autē aliquid cognoscitur distincte consecutiue solu3: q2
aliquid aliud perfecte est cognitu3 nō requiritur talis di-
stincta ratio representatiua ꝑcedēs: sed sufficit illud aliud
sic perfecte cognitū. ¶ Quinta questio est / an ista plurali- 5° qd̄.
tas requirat̄ ex parte dei ad distincte producendū. ¶ Re-
spōdeo q̄ nō: q2 (vt dictū est) stāte vnitate omnibus mo-
dis ex parte obiecti intellectus diuini: quādo se intelligit
⁊ omnia adunate ex perfectione istius actus intelligendi
qua omnia intelligit adunate consecutiue in intellectu di-
uino causatur distincta cognitio causaru3 ⁊ distincte idee.
Sed apud deum quātum est ex parte dei eade3 potentia
que sufficit ad producēdum aliqua in esse distincte ſm ra-
tionē sufficit etiā ad producēdum illa in esse reali q2 deus
est vniuersale virtuale continēs respectu totius esse realis
sicut rationis. Ergo deus quātum est potentie sue ꝓducti-
ue causarū sicut ex hoc q̄ intellexerit se ⁊ omnia adunate
causat distinctione3 idearū: ita intelligēdo se ⁊ omnia adu-
nate posset ꝓducere creaturas extra. ¶ Sexta q̄stio est / 6° qd̄.
an requiratur ista pluralitas sic imediate consequēs pro-
pter distinctionē. ¶ Dico q̄ sic: vbi est intelligēdu3 q̄ in
agente per intellectu3 ⁊ artificialiter est aliter q̄ in agen-
te per naturā. In naturali eni agēte sufficit q̄ suus effect⁹
contineatur in potētia actiua eius virtualr̄: sicut in causa
equiuoca vel quodā modo formalr̄: sicut in causa vniuoca
ita q̄ ista continētia formalis attēdatur penes vnitatē spe
cificatam: vt sic simile ex simili generet̄. ¶ In agente do
artificiali nō sufficit q̄ effectus quodā modo contineatur
in potētia actiua artificis nature habet ex se vnde vniuo-
cum effectum producat: ⁊ ideo est necessariū q̄ res produ
cenda per arte3 sit prius apud intellectū artificis in sua si-
militudine: vt sic simile fiat ex simili vt si domus extra fi-
at a simili domo in anima: h̄ patēt. 7. metha. sic in ꝓposito. T.c.29.
¶ Confirmatur: q2 ⁊ forte in agente creato propter inde-
terminationē ⁊ imperfectionē potentie intellectiue requi-
runt̄ tales distincte artes tā ex parte ipsius potētie intelle
ctiue: q̄ ex parte ipsorum productorū artificialiter seu in-
tellectualiter. Sed q̄ est imꝑfectionis in creaturis debe-
mus amouere a deo. Ergo nō debemus ponere q̄ in deo
precedat distincta repńtatio: seu distincta cognitio crea-
turaꝝ propter aliquā necessitatē que se teneat ex parte dei
cognoscentis ⁊ producentis. Sed solum propter conditio-
nem causarum productarū a deo artificialr̄ seu rationalr̄:
⁊ h̄ imaginatio ē beati August. 83. q. q. 46. vbi diffinit qd̄

sunt id ee/sic dicens:sunt nāq3 idee principales forme vel rationes ⁊c̄. Et postea subdit ad quid ponunt̄:subdēs que diuina intelligētia ꝯtinent̄:⁊ ſm eas formari d3 oē qđ oriri ⁊ interire pōt:⁊ eſſe qđ orit̄ ⁊ interit:nō ponunt̄ propter formari ⁊ oriri ⁊c̄. Sed formari ⁊ oriri se tenēt ex parte ꝓductorum. Ergo ponuntur ꝓpter ꝓductiones productoꝝ. ¶ Item hoc p3 per rationē August. probat eni ꝙ necesse est ponere ideas:q2 nullus audet negare deum omnia rationaliter ꝯdidisse:sed absurdū est (vt dicit) existimare:q2 eadem ratione condita sit hominū natura qua equus. Singula igitur proprijs creata sunt rationib⁹. ecce expresse ꝙ vt nature sint create ⁊ condite rationabiliter:propter h̄ ponit Augustinus ideas. ¶ Item hinc est/ꝙ epilogando cōcludit ꝙ idearum participatione sit vt sit quicquid est:aut quomodo est:ecce propter fieri ponuntur. ¶ Et quare talis cōditio artificialr̄ productoꝝ arguat tales ideas distinctas in producēte:ratio est q2 in habitudine cum qua relatiuū dicitur ad aliud/siue sit relatio ſm rē/siue ſ3 rationē. op3 eius terminū terminare illam relationē in eadem ha-
T.c.38. bitudine:vnde.2.physicoꝝ:vult ph̄s:ꝙ vniuersale dicitur respectu vniuersalis:⁊ particulare respectu particularis:s3 representata extra que sunt ideata non solum nata sunt representari:⁊ produci ſm rationem illimitatā ⁊ indistinctā puta entis. Sed sub rōnibus specialibus proprijs:⁊ singularibus:⁊ tota causa quare op3 ipsa sic distincte cognosci ē: q2 ipsa in essendo extra habent esse distinctū. Ergo op3 essentiam representantē tunc nō solum representare istā habitudinem sub ratione illimitata:⁊ indistincta in representando:sed sub rationibus specialibus distinctis:⁊ ita tota ratio illius distincte representationis accipiatur ex parte ideatorum extrema. ¶ Septima questio:an ista multitudo per hunc modū posita sufficiēter excludat positionem Henrici que ponit essentias eternas vt ab eterno creature cognoscerentur a deo. ¶ Dico/ꝙ ponuntur creature eterne ab Henri.q2 ab eterno fuerunt creature cognite a deo. Sed cognitio dei non terminabatur ad nihil. Ideo ⁊c̄. ¶ Sed ista ratio nō cogit:q2 ista ratio h3 apparentiā3.si creature cēnt per se cognita ⁊ terminatiua cognitionis diuine.sed sicut supra dictum est conclusione prima principali Cōmentatoris:deus nō sic intelligit creaturas ꝙ speculetur eas in seipsis ita ꝙ actus suus terminetur ad esse illarū sicut ad per se speculata:sed intelligit se tantū ꝓ creaturas consecutiue solum:ergo propter eorum cognosci ab eterno nō op3 eas ponere eternas eētias. Sed sufficit/ꝙ ipse deus seipsum intellexerit ab eterno.

Questio. X.

VTrum deus cognoscit alia a se resultatiue/seu consecutiue:dictū tamē ē in questione precedēte de sciētia dei/ꝙ deus cognoscit alia a se resultatiue seu consecutiue nō autē per se terminatiue. ¶ Et contra h̄ est argutū ab alijs. Ideo hoc ordine procedā. ¶ Primo tangam qūo posui deum cognoscere alia a se nō terminatiue: sed consecutiue. ¶ Scđo/ponā3 argumēta ꝯtra me facta. ¶ Tertio/ꝓpter quedā tacta in argumētis declarabo ꝙ distinctio mea de cognosci terminatiue ⁊ ꝯsecutiue/seu resultatiue/est bona:nec vnū mēbru3 seqt̄ ad aliud. ¶ Quarto/declarabo qūo vera est ꝯclusio:quā eligo ex mēbris distinctionis.s.ꝙ deus cognoscit creaturas resultatiue nō terminatiue:⁊ qūo iste sunt due cognitiones:⁊ nō vna ꝙ implicatur in distinctione. ¶ Quinto/inquirā que sunt entia
p° artic° que continent̄ sub illo mēbro distinctionis de resultatiuo; vel consecutiuo:an videl3 sole relationes/an quedam absoluta. ¶ Sexto/ostēdam ꝙ op3 istum doctorem qui arguit cōtra me de cognitione resultatiua incidere in eam. ¶ Seqt̄ de p̄mo articulo/vbi dixi fore intelligēdū ꝙ aliquid pōt esse intellectū vel scitum:⁊ h̄ ſm ꝓprium esse qđ habet in seipso dupl'r:vno modo/ꝙ ipsum ſm ꝓpriū esse qđ habet in seipso per se terminet actū intelligēdi:sic ꝙ intellectus in intelligēdo transeat super ipsu3 tanꝗ̄ super se terminū intellectionis:⁊ tanꝗ̄ sup obiectu3 per se speculatū ⁊ per se intellectū. V.g. sicut posuit Themistius/ꝙ cum deus intelligit se subito transferret se ad intelligēdū creaturā ſm esse propriū/qđ habet in seipso creatura:ita ꝙ actus intelligēdi terminaret̄ ad creaturā cognitam in ꝓprio esse qđ habet in seipsa tanꝗ̄ ad obiectū per se speculatum ⁊ intellectū sistens ⁊ terminans actū intelligēdi diuinum. ¶ Alio mō/ꝙ ipsum sit cognitū in quodam esse adunato vnitim cū alio sic/ꝙ illud aliud in quo adunate ipsum cognoscit̄ semper indeficiēter sit per se terminās actū intelligēdi:⁊ per se sit per speculatū:⁊ per se intellectū:⁊ ꝙ intellectus suus nunꝗ̄ se transfert vltra in aliud obiectū speculatū ⁊ intellectū. Sed ꝙ solu3 consecutiue intelligat illud qđ adunate est cognitū in eo:l3 ſm esse ꝓpriū qđ habet in seipso. ¶ Isto scđo mō est in ꝓposito. V.g. si intell's meus esset ita perfectus ꝙ cōprehenderet aliquod primū p̄ncipiū posset dupl'r ꝯtingere: vno mō/q2 p̄ intelligeret illud per intellectū qui est habitus p̄ncipioꝝ ⁊ subito se trāsferret ad cognoscēdu3 conclusiones vt sunt scibiles in seipsis ita ꝙ eas cognosceret per sciētiam que est habitus conclusionū. Alio modo/ꝙ meus intellectus cognosceret primū principiū ⁊ staret semꝑ speculando illud principiū: q2 tūc illa cognitio esset cōprehensio:⁊ sic maxime est perfectu3 cum attingit ꝓprie virtuti: ꝙ exponit sanctus Thom. q2 potest generare sibi simile:sed nihil pōt esse principiū generationis nisi sit absolutū:igit̄. ¶ Item Cōmentator exponit ꝙ sciētia est perfectio ad quā nō est motus:q2 stati3 aduenit cessante ebrietate ⁊ turbatiōe:sicut lux speculo ferreo oblatis sordibus per tersionē. Sed nō obstante ꝙ lux sic subito aduenit:lux est quid absolutū:q2 p̄ncipiū operationis realis:igit̄ ⁊c̄. ¶ Ista concordo.lib.3.dist.33.q.vtrū virtus sit relatio/articulo.6. Coñ.20

Questio. XI.

VTrum ad hoc/ꝙ deus sciret creaturas oportuit eas hr̄e essentias eternas vere ⁊ ꝓprie terminantes cognitionē diuinā ꝓpter quasdā replicationes factas ꝯtra me inquirā p̄mo:an ad positionē meā qua posui deu3 cognoscere creaturas consecutiue seu resultatiue. Sequat̄ ꝙ creature vere ⁊ ꝓprie terminēt cognitionē diuinā. ¶ Scđo dato ꝙ nō/an saltem sequat̄ ꝙ si sint ꝯsecutiue cognite ꝙ oportuit eas esse eternas ſm esse essentie intelligibile. ¶ Tertio/dato ꝙ nō an multo minus oportuit eas esse eternas ſm esse existētie. ¶ Sequit̄ de p̄mo articulo:de quo al's dixi ꝙ non per hunc modū:q2 eo ꝙ cognitio diuina terminabat̄ ad diuinā essentiam creature resultabant in esse cognito:nec terminabat̄ diuina cognitio ad creaturas:nisi sumēdo terminare famose ⁊ improprie. ¶ Sicut si intellectus meus cōprehēderet p̄ma p̄ncipia nō oporteret ponere scientiā alium habitū ab intellectu q est habitus principioꝝ terminatū ad ꝯclusiones. Sed cōprehēsione principioꝝ ꝯsecutiue resultaret cognitio ꝯclusionū. ¶ Et dixi/ꝙ per cognosci resultatiue melius soluūtur difficiles q̄ōnes de ideis ꝗ̄ per cognosci scibario. ¶ Et dixi/ꝙ doctor me reprobās de ista cognitione resultatiua incidit in op̄.mea3:⁊ per ꝯsequēs frustra me reprobauit. ¶ Nunc ꝯo nouiter. Idē doctor facit ꝯtra me q̄tuor.primū/ꝙ nō incidit in op̄.meam.q2 tenēs ꝯtrariā nō incidit in meam. Sed vt dicit a p̄ncipio fuit op̄.mee ꝯtrarius:q2 ipse tenuit a p̄n° cognitionē cōem opinionē:⁊ eam reprobauit:ꝗ̄ ⁊c̄. ¶ Scđo/ꝙ merito d3 me reprobare:q2 ponens ꝯtradictoria merito d3 reprobari.h̄ feci:ꝓbatio:q2 ponēs aliqua

aliqua cū inclusione ⁊ exclusione ponit ꝯtradictoria: ꝓmo dixi cū exclusione, ꝙ creature nō terminãt ītellectū diuinum: postea dixi, ꝙ terminant intellectum diuinū: postea dixi ꝙ terminant resultatiue: ergo ⁊c. ¶ Item negaui, ꝙ terminaret secūdario ꝙ nō debui: quia cōcedens terminū magis strictū per h non dʒ negare cōmunem. Igitur cum deus cognoscit creaturas resultatiue qui est terminus magis strictus ſm me nō debeo negare. ¶ Itē 3°, ꝙ merito dʒ me reprobare in hoc ꝙ dixi, ꝙ creatura terminat verisorie ⁊ improprie: q2 sicut se hʒ creatura ad cognosci sic ad terminare. Sʒ ꝓprie cognoscit: ergo ⁊c. ¶ Quarto, q2 merito dʒ me reprobare in hoc ꝙ dixi, ꝙ melius dr̄ ꝙ creatura terminat cognitionē diuinā ꝯsecutiue, seu resultatiue q̄ scd̄ario: q2 vt dixi, scd̄arium est equiuocū ad obm̄ secundario cogniti: sicut species post genus: vel ad ꝯsecutiue sicut entia diminuta per cognitionē perfectoꝝ: sʒ resultatiue nō est equiuocū: sed idē ꝙ ꝯsecutiue arguit ꝯtra: q2 resultatiue cognosci pōt aliqd cogniti: cognosci a deo vt per h denotet alia ⁊ alia cognitio: vel eadē cognitio sub alio ⁊ alio respectu: ⁊ sic resultatiue est equiuocū. ¶ Cōtra ista per ordinē pono q̄tuor ꝯclōnes. Primo ꝓbo, ꝙ si teneat op̄. michi ꝯtrariā: ꝙ incidit in op̄. Themist. reprobatā a Cōmentatore. 12. metha. ꝙ deus nō cognosceret oīa cognoscendo essentiā suā: ꝙ ēt reprobat ab oībus theologis: ꝙ ēt in vltima determinatiōe negat ⁊ ꝯcedit idē 2° sibi ꝯdicit. ¶ Ad sequētiū intelligētiam pmitto ꝙ esse vel ꝓduci, vel cognosci resultatiue nihil aliud est nisi effectū ꝓduci vel esse per esse: vel ꝓduci alterius. v. g. sicut posuerunt ph̄i ꝙ per hoc ꝙ deus fuit ab eterno perfectū bonū, ⁊ ꝑfectus finis, oīa incorruptibilia statiꝫ ꝯseq̄bant esse ꝑ depēdentiā solā ad eū sicut ad cām finalē: ⁊ sic ponit ph̄s, ꝙ producto fundamento sequit relatio. ¶ Eodeꝫ mō imaginat Cōmentator. 12. metha. ꝙ eo ꝙ deus perfecte cōprehēdit essentiam suā ex perfectione illius cōprehēsionis resultãt creature in quodā esse cognito: vt ꝓbatū est diffuse. q. 9. istius. ꝙ. ¶ Hoc premisso ꝓbo, ꝙ si teneat opinioneꝫ ꝯtrariam: ꝙ ipse est Themistianus: q2 ipse ꝯcedit: ꝓmo per hoc se semꝑ defendit ꝙ diuina cognitio terminat ad creaturas scd̄ario: ⁊ negat pro resultatiue, ita ꝙ super h inter nos vertebat disputatio: ꝙ ego dixi resultatiue ⁊ ipse scd̄ario: ⁊ nō resultatiue. quero aut intelligit per scd̄ariaꝫ sicut Themistius obm̄ in ordine scd̄o cognitum sic ꝙ ibi sit multitudo per se intellectoꝝ ⁊ per se terminantiū: vt puta ꝙ deus intelligit essentiam suam: ⁊ subito transit ab essentia sua super creaturaꝫ hec est intētio sua: vt ꝓbaui. 5. in articulo. 1. aut intelligit ꝑ scd̄ariū obm̄ ꝯsecutiue cognitū sic, ꝙ deus intelligēdo essentiā suam sistēdo circa essentiā. alia ꝯsecutiue cognoscit: nec transit super creaturā tanq̄ super aliud obm̄ per se terminans ponēs in multitudine. Si ꝓmo mō hī propositū ꝙ est Themistianus, si scd̄o nō tenet opinionē ꝯtrariā. sed incidit mecū: vt pʒ per illud qd̄ iam premisi: q2 resultatiue cognosci voco cognosci in virtute alterius cogniti. Utrum mediate vel imediate nōdū fuit inter nos altercatio: ergo quātū ad altercationē quā vsqꝫ adhuc habuim⁹ ipse venit ad me. ¶ Itē inter ꝯtradictoria nō est mediū: sed ponere creaturā scd̄ario terminare intellectū diuinū: sic ꝙ ibi est multitudo intellectoꝝ per se terminantiū inter se ordinatoꝝ sicut posuit Themistius ⁊ nō ponere multitudinē. sʒ vnū per se terminans cuius cognitione alia resultant in eē cognito ꝙ voco cognosci resultatiue, igit ꝯtradictoria: igit incidit in opinionē meā vel Themist. ¶ Iteꝫ volēs ꝯtrariare alteri dʒ intrare ad difficultates quas ꝓponit sibi aduersarius: ⁊ in ꝓncipali, ⁊ in annexis, ⁊ nō vacillare hic inde. Sed ꝓposui sibi multas graues hꝫ difficultates. in studio Parisieū reportatas: igit intret ad eas vt proficiamus ꝙ est finis replicationis theologoꝝ. ¶ Prima difficultas magna ⁊ ꝓncipalis inter nos fuit si ph̄i posuerunt deū aliquid cognoscere extra se: ꝓbaui ꝙ Com. h ponit eodem mō quo theologi: ꝓbaui eniꝫ. q. 9. istius qōlꝫ. ꝙ Dionysius de di. no. fol. 13. c. age nūc. d. vbi ex intētione disputat qōnē qualr̄ deus scit alia a se ꝙ determinat: ꝙ h est ꝙ cōprehēdendo se resultant oēs creature in esse cognito, ⁊ h imediate ⁊ ex vi cōprehēsionis sine rōnibus idealibus mediantibus inter diuinū intellectū cognoscentē: ⁊ creaturas cognitas: ⁊ ꝓbaui ꝙ h erat intētio Augustini ponētis ideas. 83. q. q. de ideis. ¶ Probaui insuper, ꝙ Com. posuit per eundem modū: scitis aūt ꝙ moderni doctores multi ponunt ꝯtrariū ponēdo ideas quasdā rōnes mediatas inter intellectum diuinū ⁊ creaturas cognitas: ⁊ nō ponunt ꝙ creature producte in esse cognito ꝯsecutiue per h ꝙ deus cōprehēdit se sunt ipse idee respectu ipsarum creaturaruꝫ vt sunt extra sicut ego pono: ⁊ sanct⁹ Thomas: qui ponit ideas ipsa obiecta cognita: si igit doctor velit mihi ꝯtradicere. Intret nouā ꝯtradictione: q2 ꝓma nihil valꝫ vt ꝓbaui ⁊ in hac ꝯclusione ꝯtrariādo dicat ꝙ creature nō resultãt in esse cognito imediate ex hoc ꝙ deus cōprehēdit essentiam suā: q2 in hoc mō ponēdi stat virtus positionis mee. ¶ Per hoc eni soluo facilr̄ oēs difficiles qōnes de ideis: vt. q. 11. ¶ Et tunc respondeat sicut tenet ad argumenta Cōmentatoris: si esset Augustinus ꝙ h probauerunt. q. 9. ⁊ ad argumēta que probant ꝙ per hoc soluunt oēs difficiles qōnes de ideis: ⁊ nō ꝑ positionē suam. ¶ Itē in annexis adduxi fortes difficultates: ꝓ, q2 negauit absoluta fuisse producta resultatiue: induxi ꝙ Com. noluit ꝙ oīa incorruptibilia habuerunt esse ab eterno per quādam resultantiā ⁊ depēdentiaꝫ ad primā cām in genere cause finalis solū: si ergo vult ꝯtrariare soluat cōmenta que adduxi. ¶ Tertio ꝓbaui, ꝙ ea que sunt de ꝓma specie qualitatis sunt absoluta ⁊ resultatiue ꝓducta: ⁊ vsqꝫ adhuc nō exclusit euidenter: nec apparēter mihi quasdaꝫ ꝯtradictiones que vīr in Aristo. 7. physicoꝝ: circa hoc eni induxi ꝯtradictiones gratia exercitij ꝓbando ꝙ quedā argumēta Arist. necessario ꝯcludunt ꝙ sunt pura relatio, quedā ꝙ sunt puruꝫ absolutum, quedam ꝙ sunt quidditatiue nō cōnotatiue relatiua: igit oīa ista sunt ꝓtra conotationē quaꝫ ponit si vult ꝯtrariare soluat oēs contradictiones ⁊ alr̄ q̄ ego als. ¶ Nota, ꝙ a me nō potest talia debita petere: q2 ꝓbaui in vltima determinatione ꝙ nisi fuat Themistian⁹ tenax: q2 a ꝓncipio fuit eiusdē opinionis mecum: ⁊ sic frustra me reprobauit: nec per ꝯñs haberē respōdere argumētis suis. ¶ Miror ꝙ dicit, ꝙ venio ad eū: q2 aduentus est motus: sed ego nō moueor sed ipse. igit ipse venit nō ego: ꝓbo mī. ipse enim ꝓmo me reprobauit q̄ ego eū: ⁊ sic opposuit se mihi, ⁊ ego semꝑ reduco eūꝫ ad opinionē in qua stetit a ꝓn° nisi velit esse Themistianus. ḡ si nō velit esse Themistianus ipse mouet ad me: ⁊ non ecōuerso. ¶ Scd̄a ꝯclusio, ꝓbo ꝙ si consideret dicta mea ꝙ nō est apparentia contradictionis vbi premitto sicut als ꝙ aliquis potest dici terminus terminans: vel proprie. ⁊ sic vocat terminus super qd̄ transit actio agentis ⁊ in quo sistitur actio ⁊ finit: ⁊ ꝙ intellectum requirit ꝙ actus nō esset si terminus nō esset: vt pʒ in generatione substātiali ⁊ accidentali: ⁊ in operationibus anime vel improprie ⁊ metha⁰ⁱᶜ: ⁊ sic dicit terminus, ꝙ vltimū est in essendo post actionē finitam: ⁊ lʒ actio terminet ad aliquid aliud prius ad qd̄ illud vltimū consequit: sicut relatio sequit fundamētum productum: sed terminare cū exclusiue nō vere ⁊ proprie: ⁊ tamē inclusiue. s. improprie terminare nō apparet alia ꝯtradictio: igit ⁊c. ¶ Per hoc pʒ ad primū. ¶ Ad scd̄m dico, ꝙ nō nego omnino hʒ secūdario: sed nego illum terminū esse eque clare satis facien-

tem ad solutionē diffinitum sicut consecutiue vel resultatiue: q2 vt pbaui/signu3 est in proposito equiuocū resultatiuu3 nō. ℂ Cōclusio 3ª/pbatio q scdario terminare est iproprie terminare: etiā ɔtrariat mihi doctor a pncipio qui concedit q secūdariu3 terminat: & cum vere & proprie: hoc probatum est. q. 2. 11. istius quolibet articulo. 4. & ibi respōdet ad argumētum suū. ℂ Propterea quero/& pmo qūo accipit obiectū secūdariu3/aut pro obiecto scdario cognito sic q ibi sit multitudo per se cognita: tū incidet in errorem Themist. & ɔtradicet sibi: vt p3 in vltima determinatiōe aut pro obiecto cognito virtute alterius obiecti prius cogniti: in quo sistit & terminat per se: 13 aliud scdariu3 terminet ex ɔsequēti: & sic ponit doctor/vt p3 in vltima determinatione post pncipiū: sed vt probabo isto mō cuil3 est euidens q nō proprie terminat: ergo positio nulla. ℂ Probatio assumpti: q2 doctor imaginat q nō solum op3 obiectum primariū vere & pprie terminare: sed scdariu3 virtute primi cognoscit: vt patuit supra: & in hac vltima determinatione suo articulo. 5. ℂ Sic actio que nō terminatur ad scdam nisi q2 habet priorē per se sistentē ipsam improprie ad scdam terminat: h est determinatio Aristo. 5. & 7. physicoꝝ: vbi h questio disputat & terminatur de relatione: & de prima specie qualitatis: & determinat q nec ad relationē: nec ad primā speciem qualitatis est motus: q2 cōsequit terminos alioꝝ motuū: sed ponēs creaturam scdarium obiectū: vt scdarium distinguit ɔtra primū sic q ibi nō est multitudo per se itellectoꝝ: sed omnia cognoscunt virtute cognitionis eius vt oēs concedunt: & doctor iste in proposito necessario habet ponere q cōprehensio qua cōprehendit primū obiectū nō terminatur ad secūdariū: nisi q2 cōprehensio que est circa primū obiectū habet priorem terminū per se sistēs: ergo scdario terminare: vno mō est proprie terminare. ℂ Item ex hoc concedit/q primū obiectū per se terminat: q2 necessario exigit ad hoc q actus sit: tunc arguo/ex opposito illud nullo mō habet rationez proprie terminātis/q nullo mō exigit propter actu3: q2 ex quo entitas & veritas actus plenissime pōt esse ipso nō existente frustra poneret ad eius terminationem: vt sit 13 siue creatura scdario cognita sit/siue nō vere cognoscit a deo cognita essentia sua: ergo &c. ℂ Ite3 actu terminato ad obiectū vere adequatu3 nō est dare alium terminū vere & pprie terminantē: q2 da q sic/nō esset vere adequatū respectu illius actus: sed sic est de essentia diuina respectu cognitionis sue: ergo nullū scdariu3 vere & proprie terminat: ad hoc satis. q. 10. & 11. articulo. 3. & 2. qolibet. q. 5. ℂ Et vere doctor imponit mihi q dixeri3: q2 si vere terminaret haberet rōnem pfectionis & finis. ℂ Respon° aut ponis q Angelus intelligēdo essentiā suam cognoscit inferiora se cōprehensione sue essentie: & alia solum ɔsecutiue vt posuit Com. sicut probatū est lib. 2. dist. 5. sic nihil ɔtra me: q2 sic nō terminat nisi improprie: & ppositio quā imponit mihi que accipit a Com. 12. metha. vbi probat q omne qd intelligit aliud perficiet ab eo/sm eū habet locū de obiecto vere & pprie terminatiuo: & sic nihil ɔtra me. ℂ Aut intelligis/q intelligunt tanq per se terminantia: tunc habes p incōueniēti: qd nō est incōueniēs: q2 Arist. pbat. 3. de aia q l3 lapis sic intellectus/tū vt est in aia per speciem suam intelligibilē in qua splendet lapis obiectiue in esse immāli qua mouet intellectū & terminat est nobilior: q2 agēs per rationē agendi est nobilius patiēte: & probat. 9. metha. & per se terminans est nobilius terminato: h pbat. 4. physicoꝝ: cōmento. 4. vbi vult q motus differt a termino ad quem vadit sicut imperfectū a perfecto. sic in proposito: q dicit de relatione nihil est ad propositū: q2 no loquimur in proposito de terminatione corellatiōis. Sed realis operationis & actionis. ℂ Quarto probo/q cognosci secūdario est equiuocū non resultatiue: q2 secūdario potest accipi nihil pro obiecto in ordine cognito scdario cū qua actione stat q sit per se obiectu3 vel pro consecutiue cognito/q nō est per se obiectū: etiā secūdario cognitu3 potest cognosci mediāte specie sicut qua cognosco hominē post aial. Sed q cognoscitur resultatiue cognoscit solum consequenter: & imediate cognito primo obiecto: igit. tunc idem probo per rationem vestram. s. cognosci resultatiue nō est equiuocū: q2 sicut doctor dicit: illa equiuocatio esset per eu3: q2 nihil cognoscitur alia cognitione resultāte: sicut aliqui dicūt de cognitione materie per formā/aut eadem cognitione sub alio respectu. Sed secūdus modus solum habet locum in diuinis igitur nō est equiuocatio: probatio minoris: q2 nullus ponit/q cognitio diuina respectu dei & creaturaru3 in deo realiter distinguantur. Sed que iudicio distinguunt & nō realiter solis respectibus distinguātur: vt p3 de ideis igitur &c. Hoc probatur. q. 10. articulo. 4. ℂ Sequitur de scdo articulo vbi dicit doctor/q ad positionē mea3 sequitur q essentie fuissent eterne per me: q2 ab eterno resultabant in esse cognito: sed prius habuerunt esse q cognoscebantur: ergo ab eterno habuerūt esse essentie saltem: probatio minoris: q2 cogniti presupponitur esse: sed illud esse nō potest esse rationis: q2 esse rationis sequitur intellectū. ℂ Hic primo probo/q ad positionem istius doctoris sequitur creaturas habuisse essentias eternas: q2 iste doctor ponit/q vere & proprie terminant intellectionē diuinā ab eterno: sed nō ens/& nihil non vere terminat. Ergo sunt aliqua entitas: maior est sua: probatio minoris: q2 illud quod terminat actionem positiuam est aliquid acquisitum per actionē sistens eam: vt p3 in actione trāseunte. Probat. 5. physicoꝝ: p pōm inductiue: vel est aliqd pexigitū actioni: vt p3 in oi opōne imanēte: & in hac ppositione fundat argu^m suū doctor cū dicit/prius vnūqdq3 anteq cognoscit: 13 nō ens neutro mō pōt sistere actionē: ergo &c. ℂ Scdo pbo/q nō sequit ad positionē meam. p directe. ℂ Scdo excludendo difficilia quedā. ℂ Tertio probando illud p qd soluitur ad difficilia. ℂ Quarto reprobando rationem quā pro se ponit. de pmo sic: q2 ideo posuit Henricus essentias eternas: q2 nō videt quo modo cognitio diuina poterit terminari ad nihil: sed ponēdo sicut ego pono q deus cōprehendendo essentiam suam ex perfectione illius cōprehensionis resultant creature in esse cognito: sic tū q intellectio diuina sistit & terminatur ad propriam essentia3 excludit imaginatio Henrici: qui pmo posuit essentias &c. ℂ Probat scdo sic/ex esse diminuto q res habet in se ex sola virtuali continentia quā habet in suo ɔtinente nō arguitur q illa res sit in sui essentia. v. g. nulla rosa existente potest intelligi per actum intelligendi: vel per specie3/nō curo: nec sequit propter hoc q sit in reru3 natura: sed creaturas habere esse cognitum: q̄uis q3 esse cognoscibile competat ex parte sui formaliter/tū hoc est ex virtuali cōtinentia quā h3 in primo cognoscibili: & est esse diminutu3 respectu esse sui in rerum natura: ergo ex hoc/q sunt cognita ab eterno a deo: quādo cognoscit suam essentiam non sequitur q sit. ℂ Confirmatur. p primū principium/que realiter possent separari vnum non est aliud: sed rem habere intelligibile esse potest separari ab habere esse in se: igit &c. Probatio minoris/q2 res potest esse in sua specie l. anima: siue suo esse reali in natura: vt dicitur. 3. de anima. ℂ Et potest declarari. si ens/qd est ide3 omnibus passionibus suis esset distinctum in esse representatiuo: puta q sub alia & alia ratione representaret verum & bonum/vt imaginatur Cōmentator. 4. metha. cōmento. 3. cōtra Auicēnam/sequeret q qui cōprehenderet ens distincte cōprehenderet

Marginal notes (left): T. c. 10. T. c. 15. & infra.
Marginal note (right): 2° arti°

prehenderet omnes passiones.a simili ponunt Cōmenta-
tor ꝛ Dionysius ꝛ Aug⁹. vt probatum est.q.9.ꝙ deus est to-
tum ens eminenter:ꝛ ideo comprehendendo se in cōpre-
hensione illa distincte relucent:ꝛ repñtantur omnes crea-
ture in esse cognito:ꝛ ex natura eius cognitionis. ¶ Scḋa
cōclusio est probare hoc idem soluendo graues difficulta-
tes in hac mā:manēt eniꝫ tria difficilia:pᵐ est quō cognosce-
tur si nō preexistāt:cū intell's nc̄tio preexigat obm in rōne
termini. ¶ Scḋm quō creatura intelligit̃ ab eterno tanꝙ̄
poſ̄is fieri poſ̄itate vt dicie:nō qua est poſ̄is in se:sꝫ possibi-
litate que est nō repugnātia ad esse quā habet in intellectu
diuino:qꝛ vnū vt videt̃ sequit̃ ex alio. ꝑbatio:quia illa nō
repugnantia est negatio.igitur requirit aliquid positiuum
cui innitatur. ¶ Tertio/quō hec erit necessaria predicatio
ꝛ quidditatiua/rosa est flos/nulla rosa existente:qꝛ quiddi-
tatiua predicatio indicat essentiam rei. ¶ Respondet̃ cō-
muniter ꝙ illud positiuū est:quia est aliquid in potētia fa-
cientis. ¶ Contra illud qḋ indifferenter se habet respectu
entis ꝛ nō entis/nō potest esse causa huius diuersitatis q̄re
hoc erit:ꝛ hoc nō erit:sed potentia facientis eadem est re-
specta cuiuscūqꝫ siue sit ens siue non ens.ergo ꝙ chimere
est impossibilis fieri possibilitate que est repugnātia:ꝛ la-
